HERONDAE MIMIAMBI

EDIDIT

FRANCISCVS BVECHELER

BONNAE

APVD FRIDERICVM COHEN

A · MDCCCXCII

οὐδὲ θανὼν ὁ πρέσβυς ἑῶι ἐπιτέτροφε τύμβωι
βότρυν ἀπ' οἰνάνθης ἥμερον, ἀλλὰ βάτον
καὶ πνιγόεσσαν ἄχερδον ἀποστύφουσαν ὁδιτῶν
χείλεα καὶ δίψει καρφαλέον φάρυγα

AP. VII 536

Herondae mimiambos, quos ex papyro Aegyptiaca F. G. Kenyon singulari cum fide ac peritia primus edidit, postquam doctis non displicuisse vidi quae statim post accepta carmina scripseram (musei Rhenani XLVI p. 632), ut pro mea parte consulerem philologis caveremque, latine versos repetere destinavi, profuturam sperans legentibus nudam interpretationem, nam plene eos commentari nec tempus sinebat et a scriptura mea alienum videtur. Graeca si in hac quam in Kenyonis editione emendatiora leguntur, ipsius illius id factum est merito, qui coeptis meis favens ilico huc misit exemplum papyri photographum, ex quo materiae quantum volui excerpere potui a pag. 9, in primis quas prelo iam mandaveram paginis supplevi maxime necessaria. praeter Kenyonem autem opem mihi tulere vel epistulis scriptis vel missis quos publicarant libellis amici et benevolentes tot atque etiam tanti, ut exigui libelli fronti praeponendo nomina paene erubescam: Blass Bluemner Danielsson Diels Gercke Guenther Hense Herwerden Kaibel Leo Stahl Weil Wilamowitz. quorum non nulli eadem mecum dixerunt et ubi inventis opus erat invenerunt tempore eodem sive ad horas etiam praegressi. quin etiam hoc aliquotiens acci-

dit ut coniecturis amicorum ego restiterim defensitans quae in codice esse putabam, eaedem tamen in hoc exemplari legantur probatae quia in codice sunt ipsae. auctor quis cuique verbo fuerit primus, neque ego possem dicere si vellem, et qui dicere velle coeperunt, ignoscimus quod ex terrarum ac lectionis diversitate aut titubante memoria non expertes fuerunt errorum. credant vel licet vel oportet, quibus in hoc aliquid libello placebit, si quid placebit, multorum id opera effectum esse communi. ac studia maiorum natu minores aemulati indices quos subieci prope totos confecere seminarii nostri sodales, nominum propriorum et proverbiorum Paulus Rabbow, vocabulorum ac dialecti Hermannus Schoene.

scribebam Bonnae kal. Febr.

I

ΠΡΟΚΥΚΛΙC Η ΜΑCΤΡΟΠΟC

Θ[ρέισσ]α, ἀράσσει τὴν θύρην τις· οὐκ ὄψει,
εἴ τις] παρ' ἡμέων ἐξ ἀγροικίης ἥκει; —
Τ[ίς τὴν] θύρην; — Ἐγὼ δέ. — Τίς σύ; δειμαίνεις
ἆσσον προςελθεῖν; — Ἦν ἰδού, πάρειμ' ἆσσον. —
Τίς δ' εἶ σύ; — Γυλλὶς ἡ Φιλαιν[ί]ου μήτηρ. 5
ἄγγειλον ἔνδον Μητρίχηι παροῦσάν με·
κάλει. — Τίς ἐστιν; — Γυλλίς. — Ἀμμίη Γυλλίς.
στρέψον τι, δούλη. τίς σε μοῖρ' ἔπεισ' ἐλθεῖν,
Γυλλίς, πρὸς ἡμέας; τί σὺ θεὸ[ς πρὸ]ς ἀνθρώπους;

I

Conciliatrix aut lena

Metricha: Thressa, pulsat fores aliquis. non videbis, ecquis a nobis rure venerit? *Thressa:* quis fores? *Gyllis:* ego vero. *Th.* quis tu? metuis propius accedere? *G.* en vide, adsum propius. *Th.* quis vero es tu? *G.* Gyllis Philaenii mater. 5 nuntia intus Metrichae me adesse. voca. *M.* quis est? *Th.* Gyllis. *M.* matercula Gyllis. verte dum, serva. quae te fors adegit, Gyllis, venire ad nos?

προκυκλίς ἡ προμνήστρια Hesychius, cf. VI 90. Erythris προκύκλιοι θεοὶ colebantur. volgare nomen προαγωγός 2 αποικιης *P(apyrus)* pr(imo) 3 an conflata ἐγὼ ἥδε? εσωδε ediderat *K(enyon)* 5 νιδος *P* in margine i. Φιλαινίδος 7 αμμια *P* (sic in versu 1 θυραν *P* pr) 9 παρ ημων? *P* pr *quid di ad homines* Seneca apocol. 13

10 ἤδη γάρ εἰσι πέντε κου, δοκέ[ω, μῆνες,
ἐξ οὗ σε, Γυλλίς, οὐδ' ὄναρ μὰ τὰ[ς] Μοίρας
πρὸς τὴν θύρην ἐλθοῦσαν εἶδέ τις ταύτην. —
Μακρὴν ἀποικέω, τέκνον, ἐν δὲ ταῖς λαύραις
ὁ πηλὸς ἄχρις ἰγνύων προσέστηκεν·
15 ἐγὼ δὲ δραίνω μυῖ' ὅσον, τὸ γὰρ γῆρας
ἡμέα]ς καθέλκει χἠ σκιὴ παρέστηκεν. —
Σίγη τ]ε καὶ μὴ τοῦ χρόνου καταψεύδεο,
ἰσχὺν ἔχεις] γάρ, Γυλλί, χἠτέρους ἄγχειν. —
Σίλ[λ]αι[ν]ε ταῦτα, τῇς νεωτέρῃς ὑμῖν
20 πρόςεστιν, ἀλλ' οὐ τοῦτο μή σε θερμήνῃ.
ἀλλ' ὦ τέκνον, κόσον τιν' ἤδη χηραίνεις
χρόνον μόνη τρύχουσα τὴν μίαν κοίτην;
ἐξ οὗ γὰρ εἰς Αἴγυπτον ἐστάλη Μάνδρις,
δέκ' εἰσὶ μῆνες, κοὐδὲ γράμμα σοι πέμπει,
25 ἀλλ' ἐκλέλησται καὶ πέπωκεν ἐκ καινῆς.

10 quid tu deus ad homines? iam enim sunt quinque fere, opinor, menses, ex quo te, Gyllis, ne in somnis quidem, pro Fatae, ad fores quisquam venire vidit nostras. *G.* procul hinc habito, puella, et in
15 vicis lutum poplitum tenus obhaerescit. ego autem polleo quantum musca, nam senectus nos detrahit et umbra adstitit. *M.* [tace] neve tempus falso insimula, [potes] enim, Gyllis, vel suffocare alios. *G.*
20 illude sic sis, iunioribus vobis adhaeret, at nihil hoc te calfaciet. sed o puella, quanto iam vidua es temporis spatio sola atterens unum lectum. ex quo enim in Aegyptum profectus est Mandris, decem sunt
25 menses et ne litteram quidem tibi mittit, sed oblitus est plane potusque ex recenti. illic autem est domus

15 μυῖ' Stobaeus flor. 116, 18: μυι, aut μυς *P* 17 καταψευδου *P* pr 25 adscriptum in *P* κύλικος et κώδωνος? Anacreon ἔρωτα πίνων

κεῖ δ' ἐστὶν οἶκος τῆς θεοῦ· τὰ γὰρ πάντα
ὅσ' ἐστί κου καὶ γίνετ' ἔστ' ἐν Αἰγύπτωι,
πλοῦτος παλαίστρη δύναμις εὐδ[ίη δ]όξα
θέαι φιλόσοφοι χρυσίον νεηνίσκοι,
θεῶν ἀδελφῶν τέμενος, ὁ βασιλεὺς χρηστός, 30
Μουσηῖον, οἶνος, ἀγαθὰ πάνθ' ὅσ' ἂν χρῄζηις,
γυναῖκες ὁ[κ]όσους οὐ μὰ τὴν [Ἅι]δεω κούρην
ἀστέ]ρας ἐνεγκεῖν οὐραν[ὸ]ς κεκαύχηται,
τὴν] δ' ὄψιν οἷαι πρὸς Πάριν κοθ' ὥρμησαν
θεαὶ κριθ]ῆναι καλλονήν, λάθοιμ' αὐτὰς 35
ἰδοῦσα.] κοίην οὖν τάλαιν[α] σὺ ψυχὴν
ἔχουσα] θάλπεις τὸν δίφρον; κατ' οὖν λήσεις
τακεῖσα] καί σευ τὸ ὥριμον τέφρη κάψει;
σύντει]νον ἄλλῃ κἠμέρ[α]ς μετάλλαξον
τὸν ν]οῦν δύ' ἢ τρεῖς χἰλαρὴ κατάστηθι 40
φίλον πρὸ]ς ἄλλον· νηῦς μιῆς ἐπ' ἀγκύρης

deae. nam omnia quaecumque sunt ubique fiuntque, sunt in Aegypto, opulentia palaestra potentia serenitas gloria spectacula philosophi aurum adulescentuli, divorum germanorum templum, rex commodus, Museum, vinum, bona omnia quaecumque desideras, mulieres quot numquam, pro Orci puella, stellas ferre caelum gloriatum est, specie autem quales ad Parim quondam properarunt deae in iudicium pulcritudinis, quas utinam [videam] clanculum. quali igitur misera tu mente foves sellam? tabesces igitur sensim tuamque iuventam cinis hauriet? aliorsum tende et biduum aut triduum muta sententiam et hilara consiste cum [amico] alio.

27 οσσ *P* 30 Euergetes, opinor 31 χρηζη *K* edidit, posse tamen in *P* fuisse etiam ις mihi scripsit iamque ex imagine video 34 initio versus supra scriptum προς *P* 38 initio γηράσα alii supplent 39 χημ- *P* pr

οὐκ ἀσφ]αλὴς ὁρμοῦ[σα]· κεῖνος ἢν ἔλθηι
. . . . μηδὲ εἷς ἀναστήσηι
με . . . . αι . . . τὸ δ[ῶμα] δὲ ἄγριος χειμὼν
45 . . . . α κοὐδὲ εἷς οἶδεν
τὸ μέλλο]ν ἡμέων· ἄστατος γὰρ ἀνθρώποις
. . . . η . ἀλλὰ μή τις ἕστηκε
σύνεγγυ[ς] ἡμῖν; — Οὐδὲ εἷς. — Ἄκουσον δὴ
ἅ σοι χρ[εΐ]ζουσ' ὧδ' ἔβην ἀπαγγεῖλαι.
50 ὁ Ματαχ[ί]νης τῆς Παταικίου Γρύλλος,
ὁ πέντε νικέων ἆθλα, παῖς μὲν ἐν Πυθοῖ,
δὶς δ' ἐν Κορίνθωι τοὺς ἴουλον ἀνθεῦντας,
ἄνδρας δὲ Πίσηι δὶς καθεῖλε πυκτεύσας,
πλουτέων τὸ κ[αλ]όν, οὐδὲ κάρφος ἐκ τῆς γῆς
55 κινέων, ἄθικτ[ος ναὶ] Κυθηρίην σφρηγίς,

navis in una ancora non stat tuta. ille si venerit [tempestas, teneat te] nec quisquam excitet [sollicitetve.] tecta autem atrox tempestas [subito appro-45 pinquat labefactura,] neque quisquam nostrum scit [futura], nam instabilis hominibus [est fortuna.] verum numquis adstat ex propinquo nobis? *M.* nemo quisquam. *G.* audi igitur, quae tibi me quod opus erat renuntiare, huc processi. natus 50 Matachinae Pataecii filiae Gryllus, qui quinque vicit certamina, puer Pythia, bis Corinthi florentes lanugine, viros autem Pisae bis evertit pugilatu, homo dives honestissime, qui ne acus quidem e terra 55 moveat, intactum ita me Cytherea iuvet sigillum, con-

46 γαρ ημεων *P* pr 47 εστηκες *P* pr 48 ημων *P* pr 49 cf. χρεΐζεις VII 64 50 ματακ *P* sed λ aut χ supra κ γυλλος *P* sed correctum in margine 53 πισηι pellucet in *P* (επ' ισον *K*) 54 καρπος *P* pr, cf. III 67: proverbium μηδὲ κάρφος κινεῖν (Ar. Lysistr. 474 Diogenianus VI 67) ἐπὶ τῶν ἡσύχων 55 sic puto *P*. grata sigilla pudico ait Horatius

ἰδών σε καθόδῳ τῆς Μίσης ἐκύμηνε
τὰ σπλάγχν' ἔρωτι καρδίην ἀνοιστρηθείς,
καί μευ οὔτε νυκτὸς οὔτ' ἐφ' ἡμέρην λείπει
τὸ δῶμ[α, τέ]κνον, ἀλλά μευ κατακλαίει
καὶ ταταλίζει καὶ ποθέων ἀποθνήσκει. 60
ἀλλ' ὦ τέκνον μοι Μητρίχη μίαν ταύτην
ἁμαρτίην δός, τῆι θεῶι κατάρτησον
σαυτήν, τὸ [γ]ῆρας μὴ λάθηι σε προσβλέψαν.
καὶ δοιὰ πρήξεις ἡδέω[ς . . . .
δοθήσεταί τι μέζον ἢ δοκεῖς· σκέψαι, 65
πείσθητί μευ, φιλέω σε, να[ὶ] μὰ τὰς Μοίρας. —
Γυλλί(ς), τὰ λευκὰ τῶν τριχῶν ἀπαμβλύνει
τὸν νοῦν· μὰ τὴν γὰρ Μάνδριος κατάπλωσιν
καὶ τὴν φίλην Δήμητρα ταῦτ' ἐγω[γ]' ἄλλης
γυναικὸς οὐκ ἂν ἡδέως ἐ[π]ήκουσα, 70

spicatus te in pompa Misae exaestuare praecordia amore sensit mente furiata, et mea nec nocte neque interdiu linquit tecta, puella, sed opplorat mihi et suppalpatur et desiderio moritur. at o puella 60 mihi Metricha unum hoc peccatum da, deae te applica, senectus ne te non intellecta obtueatur. et bis tibi fiet suaviter dabitur 65 aliquid maius quam putas. considera, obsequere mihi, amo te, per te obsecro Fatas. *M.* Gyllis, albitudo capilli retundit sensum tuum. nam ita Mandrim navis referat meque Ceres amet, haec mihi ex alia muliere non libuisset inaudire, 70

56 de Misa Orph. hymn. 42 60 cf. VI 77 61 μητριχηι *P* pr 64 δια *P* pr (οια *K*): dulcis amor, dulcia dona 66 πείθεσθαί τινος (ut ἀκούειν) structura Herodotea 67 γύναι pro nomine proprio Stobaeus flor. 116, 21

χωλὴν δ' ἀείδειν χώλ' ἂν ἐξεπαίδευσα
καὶ τῆς θύρης τὸν οὐδὸν ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι.
σὺ δ' αὖτις ἔς με μηδὲ ἕν, φ[ί]λη, τοῖον
φέρουσα χώρει· μῦθον ὃς μιτρηίαισι
75 πρέπει γυναιξί, ταῖς νέαις ἀπάγγ[ε]λλε,
τὴν Πυθέω δὲ Μητρίχην ἔα θάλπειν
τὸν δίφρον, οὐ γὰρ ἐνγελᾶι τις εἰς Μάνδριν.
ἀλλ' οὐχὶ τούτων, φασί, τῶν λόγων Γυλλὶς
δεῖται· Θρέισσα, τὴν μελαινίδ' ἔκτ[ρ]ιψον
80 χὴκτημόρους τρεῖς [κα]τα[μέτρησον ἀ]κρήτου
καὶ ὕδωρ ἐπιστάξασα δὸς πιε[ῖν ἀ]δ[ρ]ῶ[ς.

sed claudam clauda canere edocuissem ianuaeque nostrae limen pro inimico ducere. tu autem iterum ad me nequid, amica, tale latura accedas. fabu-75 lam quae mitratas decet mulieres, adulescentulae cuivis narra, Pytheae autem natam Metricham sine fovere sellam, neque enim inrisui quisquam habet Mandrim. at non his, inquiunt, verbis Gyllis in-80 diget. Thressa, nigellam concham exterge et sextarios tres defunde meri aquaque instillata da bi-

71 χώλ' ἂν posui monitus a Blassio: χωλον sed α supra ο *P*. claudam pedibus fecissem ob clauda fide verba, nam par pari. ἀείδειν χωλά monitrix dicitur. cf. proverbia ἄλλως ἄιδεις, *frustra canimus* (τὸ γὰρ ἄιδειν ἐπὶ τοῦ μάτην λέγειν Phrynichus Bekkeri p. 13, 8), adde etiam illud χωλῶι παροικῶν κἂν ἐπισκάζειν μάθοις. peraptum illud choliambicis. 73 malo ἔς μευ 74 μετρηιαις *P*, ε fortasse ex ι. *multa lectio mitras proprie meretricum esse docet* Servius Aen. IV 216, διάμιτρος ἑταίρα Pollux IV 151 76 πυθ- corr. ex μυθ- *P* 77 μητριχην pro τὸν δίφρον *P* pr 78 ουχι ex ουδε *P* φυσει sed α supra υ *P*: cf. VII 49 79 adscriptum velut κύπελλον in *P* 80 sextariolos quosdam: non κατα- fuit in *P* sed ·τα 81 in fine ωι aut ως *P*

τῆι, Γυλλί, πῖθι. — Δεῖξον· ου τ . . . .
πείσουσά σ' ἦλθον, ἀλλὰ . . . . τῶν σῶν
ὧν οὕνεκέν μοι, Γυλλί, ωνα . . . .
ὅς σοῦ γένοιτο, μᾶ τέκνον, π 85
ἡδύς γε ναὶ Δήμητρα Μη[τρίχης οἶνος·
ἡδίον' οἶνον Γυλλὶς οὐ πέ[πωκ' οὔκω.
σὺ δ' εὐτύχει μοι, τέκνον, ἀλ . . . . . .
ταύτην, ἐμοὶ δὲ Μυρτάλη τε κ[αὶ Σ]ίμη
νέαι μένοιεν, ἔστ' ἂν ἐνπνέ[ηι] Γυλλίς. 90

bere largiter. ecce, Gyllis, bibe. *G.* ostende. non persuasura tibi veni, sed [amans] tui. *M.* quocirca mihi, Gyllis, fructa [es potu]. *G.* qui 85 tuis fiat sane, puella, [cadis plurimus.] suave quidem, per Cererem, [Metrichae vinum est:] suavius vinum Gyllis nondum potavit. tu vero have mihi, puella, [et amplexare ancillam] hanc, at mihi Myrtale et Sime iuvenes maneant, dum spiritum du- 90 cet Gyllis.

82 οὐ τό μευ ἄγγελ[μα? talia vestigia in *P* 84 Γυλλὶς ὤναο conieci. quot in fine perierint litterae, incertum hic et deinceps 88 ἀ[γκα]λίζου [δὲ aut ἀλ[λὰ κ]αὶ ζεῦ[ξον talis exitus in *P*

II

ΠΟΡΝΟΒΟΣΚΟΣ

Ἄνδρες δικασταί, τῆς γενῆς μ[ὲν] οὐκ ἐστὲ
ἡμέων κριταὶ δήκουθεν οὐδὲ [τῆ]ς δόξ[ης,
οὐδ' εἰ Θαλῆς μὲν οὗτος ἀξίην τὴν νηῦν
ἔχει ταλάντων πέντ', ἐγὼ δ' ἐμ[οὺ]ς ἄρτους,
5 . . . . περ ἕξει Βάτταρον . . [π]ημ[ήν]ας
. . . . κ . ι . . ω αὐτὸν γὰρ . . . . κλαῦσαι
. . . . ιης ὁ μαστὸς ἤιασ . . . ν χώρη
. . . . χμε . . . . στι τῆς [πό]λιος κἠγώ
. . . . κως βουλό[με]θα κἄλλως ἡμέας
10 . . . π]ροςέλκει προστάτην . . ιμεννην

II

Leno

Battarus: Iudices, de genere quidem nostro vobis non est iudicandum scilicet nec de fama, neque si Thales hic caram habet navem talentis 5 quinque, ego autem meos panes, habebit Battaro laeso [cur poenam non det.] ipsum enim [oportet] flere, [per quem] ingemuit terra [8] civitatis etiam ego [10] protrahit patronum [meum] Menneam

5 *Battarus* persona Dirarum, βατταρισμὸς incondita loquela adde τι 6 μὴ δί]κην δῷ talia *P* 7 sic *K*: lectio incerta ut possis ὅμασπις vel μάστις. tum videtur fuisse ἤιασε (aut -σεν) ἄν, utique plus quam ἤιασεν (η corr. ex π *P*) 8 μεν *K*: δρα]χμη- *P*? προς τι *P*? πολιος corr. ex πολεως *P* 9 κἄλλως verum videtur, non καλῶς, cum praecesserit velut ἦν] μάλ' ἐπ[ιει]-κῶς 10 . . ος ελκει *K*: in margine *P* νέμειν habet ut appareat agi de patrono inquilini (Suid. νέμειν προστάτην) cui Μέννης aut plenius nomen. an νέμειν omissum erat initio versus?

. . . . ῶντα πὺξ [νε]νίκηκεν
. . . . νης . . . τοφῶν δὲ κ . . νῦν ἄγχει
. . . . ης ψ . . . . εα ταῦτα το[ῦ ἡλ]ίου δύντος
. . . . θε . . . . ων ἄνδρες . . . χει χλαῖναν
. . . . νως ἐ[γ]ὼ τῶι προστάτ[ηι δ]εδώρημαι 15
. . . . ἐξ Ἄκης ἐλη . . . α . .
. . . . ουσαπ . . ν κήτηστατιν κακὴν λιμὸν
. . . . νας ἐκ Τύρου τι τῶι δήμωι
. . . . δ]ωρεὴν γὰρ οὔθ' οὗτος πυροὺς
. . . . διν οὔτ' ἐγὼ καλὴν κινεῖν. 20
εἰ δ' οὕνεκεν πλεῖ τὴν θάλασσαν ἢ χλαῖναν
ἔχει τριῶν μνέων Ἀττικῶν, ἐγὼ δ' οἰκέω
ἐν γῆι τρίβωνα καὶ ἀσκέρας σαπρὰς ἕλκων,
βίηι τιν' ἄξει τῶν ἐμῶν ἔμ' οὐ πείσας,
καὶ ταῦτα νυκτός, οἴχεθ' ἡμὶν ἡ ἀλεωρὴ 25
τῆς πόλιος, ἄνδρες, κἀφ' ὅτωι σεμνύνεσθε,
τὴν αὐτονομίην ὑμέων Θαλῆς λύσει·

[11] Aristophonta pugno vicit [12] etiam nunc strangulat [13] haec sole occaso [14] iudices, [quam] habet laenam [16] ex Aca [praedatus est] [17] malam famem [levaturus] ex Tyro quid populo [donavit?] gratis enim neque hic triticum [praebet] 20 neque ego formosam attrectandam. si vero quia maria navigat aut laenam habet trium minarum Atticarum, cum ego in terra habitem pallium et impilia putrida trahens, vi aliquam ducet mearum me invito, idque noctu, perit nobis securitas urbis, 25 iudices, et qua re gloriamini, liberam rem publi-

12 κῆτι? 13 velut ψοφοδεᾶ 15 εθ ωρισμαι *K* 17 ἀλλ' ου σαπρὴν κητηστάτιν? non est in *P* κηπιστατεῖν 18 *Tyrus* vicinaeque *civitates gloriosae in frumento, vino et oleo* geographus Gothofredi 31 20 θιν *K* καλην κινῆν in *P* lego, potest κυνην, παλιν κ . ινῆν *K*. cf. ζωιην v. 29 et alia 28 ον εχρην αυτον *P*

ὃν χρῆν ἑαυτὸν ὅστις ἐστὶ κἀκ ποίου
πηλοῦ πεφύρητ' εἰδότ' ὡς ἐγὼ ζώιειν
30 τῶν δημοτέων φρίσσοντα καὶ τὸν ἥκιστον·
νῦν δ' οἱ μὲν ἐόντες τῆς πόλιος καλυπτῆρες
καὶ τῆι γενῆι φυσῶντες οὐκ ἴσον τούτωι
πρὸς τοὺς νόμους βλέπουσι, κἠμὲ τὸν ξεῖνον
οὐ[δεὶ]ς πολίτης ἠλόησεν οὐδ' ἦλθεν
35 πρὸς τὰς θύρας μευ νυκτὸς οὐδ' ἔχων δᾶιδας
τὴν [ο]ἰκίην ὑφ[ῆψ]εν οὐδὲ τῶν πορνέων
[βί]ηι λαβὼν οἴχωκεν· ἀλλ' ὁ Φρὺξ οὗτος,
ὁ νῦν Θαλῆς ἐών, πρόσθε δ', ἄνδρες, Ἀρτίμμης,
ἅπαντα ταῦτ' ἔπρηξε κοὐκ ἐπηιδέσθη
40 οὔτε νόμον οὔτε προστάτην οὔτ' ἄρχοντα.
καίτοι λαβών μοι, γραμματεῦ, τῆς αἰκείης
τὸν νόμον ἄνειπε, καὶ σὺ τὴν ὀπὴν βῦσον
τῆς κλεψύδρης, βέλτιστε, μέχρις οὗ εἴπηι,

cam vestram Thales resolvet. qui debebat sciens qui sit ipse et ex quali luto contaminatus, sicut 30 ego vivere popularium reformidans vel infimum. nunc autem illi qui sunt urbis integumenta et generis flatu longe aliud atque hic spirant, leges respiciunt, nec me hospitem civis quisquam tribulavit 35 aut adortus est fores meas noctu aut facibus domum succendit aut ex meretricibus meis vi cepit quam abduceret. sed Phryx hic, qui nunc Thales est, ante autem, iudices, Artimmes, cuncta 40 haec fecit nec reveritus est neque legem neque patronum neque praetorem. atqui prende mihi, scriba, iniuriarum legem ac recita, et tu foramen obtura clepsydrae, o bone, dum recitat, ne insuper

38 Verg. catal. 10, 8 *iste post Sabinus ante Quinctio* 36 οικιαν *P* pr 39 ηπαντα *P* sed η incerta aut deformata ex α 43 ᾽νείπηι? 44 litem litisque orationem cum pudendis eorumque tegmine comparans cinaedus videlicet natis iacturam minoris aestimat

μὴ πρός τε κυσός, φησί, χὼ τάπης ἡμῖν,
τὸ τοῦ λόγου δὴ τοῦτο, ληΐης κύρσηι. — 45
Ἐπὴν δ' ἐλεύθερός τις αἰκίσηι δούλην
ἢ ἑκὼν ἐπίσπηι, τῆς δίκης τὸ τίμημα
διπλοῦν τελείτω. — Ταῦτ' ἔγραψε Χαιρώνδης,
ἄνδρες δικασταί, κοὐχὶ Βάτταρος χρήζων
Θαλῆν μετελθεῖν. ἢν θύρην δέ τις κόψηι, 50
μνῆν τινέτω, φήσ', ἢν δὲ πὺξ ἀλοιήσηι,
ἄλλην πάλι μνῆν· ἢν δὲ τὰ οἰκί' ἐμπρήσηι
ἢ ὅρους ὑπερβῆι, χιλίας τὸ τίμημα
ἔν]ειμε, κἢν βλάψηι τι, διπλόον τίνειν.
ᾤκ]ει πόλιν γάρ, ὦ Θαλῆς, σὺ δ' οὐκ οἶσθα 55
οὔ[τ]ε πόλιν οὔτε πῶς πόλις διοικεῖται·
ο[ἰκεῖ]ς δὲ σήμερον μὲν ἐν Βρικινδήροις,
ἐχθὲς δ' ἐν Ἀβδήροισιν, αὔριον δ' ἤν σοι

etiam culus — ita nempe istud ait proverbium — 45 praeter stragulam nostram cedat in praedam. *Lex*: si autem homo liber servam verberarit aut ultro attraxerit, litis aestimationem duplam dependito. *B*. haec scripsit Chaerondas, iudices, et non Battarus postulans Thalem vindicare. siquis au- 50 tem forem ceciderit, minam solvito, inquit, si autem pugnis triverit, aliam rursus minam; si autem tecta adusserit aut terminos supergressus erit, mille drachmis aestimari iussit, et si laeserit quid, duplum dari. nam civitatem habitabat, o Thales, 55 tu vero nescis cum civitatem tum quo modo civitas administretur. habitas autem hodie Bricinderis, heri Abderis, cras siquis tibi vecturam dabit, na-

47 ἕλκων alii. ne putes ἐπισπῆι 48 Dorius legum conditor quasi auctor Coarum, Χαρώνδας prima correpta Attice 51 φησιν *P*: scilicet Chaerondas 55 οισθας corr. *P* 56 πως *P*, non κῶς propter adnominationem ut 28 ποίου 57 Bricindera ignota, quaesita syllabarum cum Abderis consonantia

ναῦλον διδῶι τις, ἐς Φασηλίδα πλώσῃ.
60 ἐ[γ]ὼ δ' ὅκως ἂν μὴ μακρηγορέων ὑμέας,
ὦνδρες δικασταί, τῆι παροιμίηι τρύχω,
πέπονθα πρὸς Θάλητος ὅσσα κὴμ πίσσηι
μῦς· πὺξ ἐπλήγην, ἡ θύρη κατήρακται
τῆς οἰκίης μευ, τῆς τελέω τρίτην μισθόν,
65 τὰ ὑπέρθυρ' ὀπτά. δεῦρο, Μυρτάλη, καὶ σὺ
δεῖξον σεωυτὴν πᾶσι· μηδὲν αἰσχύνευ·
νόμιζε το[ύτ]ου[ς] οὓς ὁρῇς δικάζοντας
πατέρας ἀδελφοὺς ἐμβλέπειν. ὁρῆτ', ἄνδρες,
τὰ τίλματ' αὐτῆς, καὶ κάτωθε κἄνωθεν
70 ὡς λεῖα ταῦτ' ἔτιλλεν ὡναγὴς οὗτος,
ὅθ' εἷλκεν αὐτὴν κἀβιάζετ'. ὦ γῆρας,
σοὶ θυέτω. ἐπ[εὶ] τὸ αἷμ' ἂν ἐξεφύσησεν
ὥσπερ Φίλι[σ]τ[ο]ς ἐν Σάμωι κοτ' ὁ ἄρεσκος.

60 vigabis Phaselim. at ego, ut ne multa verba faciendo vos, o iudices, ambagine conteram, passus sum a Thalete mala tot adeo quot in pice mus: pugnis ictus sum, foris deiecta est domus meae, 65 cuius solvo trientem pensionem, superlimen tostum. i huc, Myrtale, tuque te ostende omnibus. nequid te pudeat. puta te hos quos vides ius dicentes, patres fratres intueri. videte, iudices, volsuras 70 istius, susque deque haec quam glabra volserit sanctus homo et innocens, dum rapsat eam ac violat. o senectus, tibi sacrificato: absque te esset, sanguinem ebulliisset ut Philistus Sami quon-

59 διδοι *P* 62 καπισσηι *P* pr: illud est καὶ ἐν. notum et apertum proverbium (Zenobius V 46) 64 μισθον corr. ex μοιραν *P*: domnaedius pro mercede τόκους ἐπιτρίτους exigebat 65 non aptum ὀπτᾷ neque ὤπτα 67 οραις *P* pr 69 κατωθεν *P* pr 72 αιμ aut νμ *P*: de figura dictionis cf. VI 10 73 ποτ *P* pr βρεγκος *K*, nam ante ρ littera demutata, α puto, in *P*. improbabile ῥέγκος, cf. de historico proditam memoriam

γελᾶις; κίν[αι]δ[ός] εἰμι καὶ οὐκ ἀπαρνεῦμαι,
καὶ Βάτταρός μοι τοὔνομ' ἐστί, χὠ πάππος 75
ἦν μοι Σισυμβρᾶς χὠ πατὴρ Σισυμβρίσκος,
κἠπορνοβόσ[κ]ευν πάντες, ἀλλ' ἕκητ' ἀλκῆς
θαρσέων λέο[ντ' ἄγχ]οιμ' ἂν εἰ Θαλῆς εἴηι.
ἐρᾶις σὺ μὲν ἴσω[ς] Μυρτάλης· οὐδὲν δεινόν·
ἐγὼ δὲ πυρῶν· ταῦτα δοὺς ἐκεῖν' ἕξεις. 80
ἢ νὴ Δί' εἴ σευ θ[ά]λπεταί τι τῶν ἔνδον,
ἔμβυσον εἰς τὴν χεῖρα Βα[ττ]άρωι τιμήν,
ἢ αὐτὸ[ς] τὰ σαυτοῦ θλῆ λαβὼν ὅκως χρήιζεις·
ἓν δ' ἐστίν, ἄνδρες. ταῦτα μὲν γὰρ εἴρηται
πρὸς [τ]οῦτον, ὑμεῖς δ' ὡς ἀμαρτύρων εὔντων 85
γνώμηι δικαίηι τὴν κρίσιν διαιτᾶτε.
ἢν δ' οἷον ἐς τὰ δοῦλα σώματα σπεύδηι
κἠς βάσανον αἰτῆι, προσδίδωμι κἀμαυτόν·

dam iste adsentator. rides? cinaedus sum, non infitior, et Battarus mihi nomen est, et avus erat mihi 75 Sisymbras et pater Sisymbriscus, et scorta pascebant omnes, sed quod ad vires pertinet, audacter leonem elidam si sit Thales. amas tute fortasse Myrtalen, nihil mirum, et ego triticum: hoc dato 80 habebis illud. aut, pro Iuppiter, siquid tibi incalescunt viscera, impinge in manum Battaro pretium, aut ipse tua tibi prende ac tunde ut lubet: unum autem idemque est, iudices. haec enim vero dicta sunt adversus hunc, vos autem cum sine te- 85 stibus res agatur, sententia iusta anquisitam discernite. quod si ut in servilia corpora ruit et

76 Ovidius fast. IV 865 *numina vulgares Veneris celebrate puellae . . . cumque sua dominae date grata sisymbria myrto*. Sisymbrion scortum 79 συ omisit *P* pr ουδεν δωηνον *P* ubi δε adpunctae sunt, ω inserta aut immutata videtur. scriba quid voluerit, non inveni 80 πυρεον vel -εων *P*, cf. versus 4 et 19 82 βα[ττ]αριωι *P* 83 καυτο *P* 84 sic *P* corr. ex ενδετις ανδρας

λαβών, Θαλῆ, στρέβλου με· μοῦνον ἡ τιμὴ
90 ἐν τῶι μέσωι ἔστω. ταῦτα τρυτάνηι Μίνως
οὐκ ἂν δικάζων βέλτιον διήιτησε.
τὸ λοιπόν, ἄνδρες, μὴ δοκεῖτε τὴν ψῆφον
τῶι πορνοβοσκῶι Βαττάρωι φέρειν, ἀλλὰ
ἅπασι τοῖς οἰκεῦσι τὴν πόλιν ξείνοις·
95 νῦν δείξεθ' ἡ Κῶς κὼ Μέροψ κόσον δραίνει,
χὼ Θεσσαλὸς τίν' εἶχε κἠρακλῆς δόξαν,
χὠσκληπιὸς κῶς ἦλθεν ἐνθάδ' ἐκ Τρίκκης,
κἤτικτε Λητοῦν ὧδε τεῦ χάριν Φοίβη.
ταῦτα σκοπεῦντες πάντα τὴν δίκην ὀρθῆι
100 γνώμηι κυβερνᾶτ', ὡς ὁ Φρὺξ τὰ νῦν ὑμῖν
πληγεὶς ἀμείνων ἔσσετ', εἴ τι μὴ ψεῦδος
ἐκ τῶν παλαιῶν ἡ παροιμίη βάζει.

torquenda deposcit, addo adeo me ipsum. prende
90 me, Thales, et distorque: tantummodo pretium in
medio esto. haec in trutina Minos si iudicaret,
non melius discerneret. ceterum, iudices, nolite
putare vos tabellam lenoni ferre Battaro, sed om-
95 nibus quotquot incolunt urbem hospitibus. nunc
declarabitis, Cos et Merops quantum polleat, et
Thessalus quam habuerit Herculesque famam, et
Aesculapius quo modo huc venerit Tricca, et La-
tonam hic qua gratia pepererit Phoebe. quibus
100 consideratis cunctis ius recta sententia gubernate,
ut hic Phryx nunc vobis melior evadat verberatus,
nisi quid mendacii a maioribus tradita adagio effutit.

96 ειχενηρ- *P* pr: hospitalitatis Coorum exempla immortalia, Hippocratis epist. 9, 1 Κῷοι οὐδὲν ἀνάξιον πρήξουσι οὔτε Μέροπος οὔτε Ἡρακλέος οὔτε Ἀσκληπιοῦ 98 ὧδε: hoc novum est, cf. Callim. hy. IV 160 100 Φρὺξ ἀνὴρ πληγεὶς ἀμείνων καὶ διακονέστερος versus fortasse Epicharmi (Suidas in Φρύξ paroemiogr. I p. 376 schol. Aristoph. av. 1283)

III

ΔΙΔΑϹΚΑΛΟϹ

Οὕτω τί σοι δοίησαν αἱ φίλαι Μοῦσαι,
Λαμπρίσκε, τερπνὸν τῆς ζοῆς τ' ἐπαυρέσθαι,
τοῦτον κατ' ὤμου δεῖρον, ἄχρις ἡ ψυχὴ
αὐτοῦ ἐπὶ χειλέων μοῦνον ἡ κακὴ λειφθῆι.
ἔκ μευ ταλαίνης τὴν στέγην πεπόρθηκεν 5
χαλκίνδα παίζων· καὶ γὰρ οὐδ' ἀπαρκεῦσιν
αἱ ἀστραγάλαι, Λαμπρίσκε, συμφορῆς δ' ἤδη
ὁρμᾶι ἐπὶ μέζον· κοῦ μὲν ἡ θύρη κεῖται
τοῦ γραμματιστέω καὶ τριηκὰς ἡ πικρὴ

III

Magister

Metrotima: Sic aliquam tibi dent amicae Musae, Lamprisce, voluptatem vitaque ut fruaris, hunc de scapulis caede, donec anima eius in labris tantum nequissima relinquatur. evastavit mi- 5 serae mihi domum assatim ludens. etenim ne sufficiunt quidem tali, Lamprisce, verum ad infortunium iam prorumpit maius. ubi ianua sita sit

3 hinc *catomidiare* 7 ἀστραγάλαι producta altera praeter morem, cf. ἀγή 9 mercedem menstruam quam Romani idibus, Metrotime pridie kal. solvit necessitate instante μετὰ δακρύων ἱκετεύουσα: ita proverbium explicat Zenobius VI 10 (ubi ἦν in ἵνα corruptum est) Phrygum regem fuisse Nannacum narrans, cf. νινήατον *neniam*, τἀπὶ Νάννακου pro antiquissimis (Macarius VIII 4)

10 τὸν μισθὸν αἰτεῖ, κἢν τὰ Ναννάκου κλαύσω,
οὐκ ἂν ταχέως λέξειε· τήν γε μὴν παίστρην
ὅκουπερ οἰκίζουσιν οἵ τε προύνικοι
κοἱ δρηπέται, σάφ' οἶδε κἠτέρωι δεῖξαι.
κἡ μὲν τάλαινα δέλτος, ἣν ἐγὼ κάμνω
15 κηροῦσ' ἑκάστου μηνός, ὀρφανὴ κεῖται
πρὸ τῆς χαμεύνης, τοῦ ἐπὶ τοῖχον ἑρμῖνος,
ἢν μή κοτ' αὐτὴν οἷον Ἀίδην βλέψας
γράψηι μὲν οὐδὲν καλόν, ἐκ δ' ὅλην ξύσηι·
αἱ δορκαλῖδες δὲ λιπαρώτεραι πολλὸν
20 ἐν τῆισι φύσηις τοῖς τε δικτύοις κεῖνται
τῆς ληκύθου ἡμέων, τῆι ἐπὶ παντὶ χρώμεσθα.
ἐπίσταται δ' οὐδ' ἄλφα συλλαβὴν γνῶναι,
ἢν μή τις αὐτῶι ταὐτὰ πεντάκις βώσηι·
τριθημέρηι Μάρωνα γραμματίζοντος

10 litteratoris kalendaeque tristes mercedem poscant, licet flens Iovem clamem, haud facile dixerit. at vero lusorium ubi constituant baiuli et fugitivi, eum locum clare scit etiam alteri monstrare. et 15 tabula misera, quam ego me defetigo incerans quotquot mensibus, orba iacet ante grabatulum eius, ante fulcrum ad parietem versum, nisi siquando illam tamquam Orcum conspicatus non inscribit pulcri quidquam, sed totam eradit. tesserae 20 autem pinguiores multo in follibus eius reticulisque iacent quam ampulla nostra, qua ad omnia utimur. scit autem ne alpha quidem syllabam noscere, nisi quis ei quinquiens clamat eadem. nudius ter-

11 ληξιε *P* παίστρα denominata ut παλαίστρα forum aleatorium significat mutabile arbitrio consistentium 17 κην μη *P*: cf. Eur. Med. 30 19 παίγνια δορκαλίδων in pentametro Agathias AP. VII 578, 6 δελι corr. ex δαι *P*: proverbium λιπαρώτερος λύχνου vel ληκυθίου 21 την επι *P* pr 22 cf. Dionys. Thrac. p. 632 b 25 23 βωσαι *P* 24 -ημεραι *P*

τοῦ πατρὸς αὐτῶι τὸν Μάρωνα ἐποίησεν 25
οὗτος Σίμωνα ὁ χρηστός, ὥστ' ἔγωγ' εἶπα
ἄνουν ἐμαυτήν, ἥτις οὐκ ὄνους βόσκειν
αὐτὸν διδάσκω, γραμμάτων δὲ παιδείην,
δοκεῦσ' ἀρωγὸν τῆς ἀωρίης ἕξειν.
ἐπεὰν δὲ δὴ καὶ ῥῆσιν οἷα παιδίσκον 30
ἢ 'γώ μιν εἰπεῖν ἢ ὁ πατὴρ ἀνώγωμεν,
γέρων ἀνὴρ ὠσίν τε κὤμμασιν κάμνων,
ἐνταῦθ' ὅκως νιν ἐκ τετρημένης ἠθεῖ.
Ἄπολλον ἀγρεῦ, τοῦτό φημι, χὴ μάμμη
τὰ λῆς ἐρεῖ σοι, κἠστὶ γραμμάτων χήρη, 35
κὠ προστυχὼν Φρύξ. ἢν δὲ δή τι καὶ μεῖζον
γρύξαι θέλωμεν, ἢ τριταῖος οὐκ οἶδεν
τῆς οἰκίης τὸν οὐδόν, ἀλλὰ τὴν μάμμην
γρηὺν γυναῖκα κὠρφανὴν βίου κείρει,

tius Maronem cum pater ei in litteras digereret, 25
pro Marone probissimus hic Simonem fecit, ut ego
stultam me ipsa dicerem, quae non asinos pascere
eum docerem, sed litterarum disciplinam, rata auxilium me habituram annorum vergentium. quod 30
si etiam diverbium utpote praetextatum istum recitare aut ego aut pater iubemus, senex ab auribus oculisque laborans, tum quasi ex pertuso id
vaso eliquat. 'Apollo Captor' hoc exclamo 'vel
mamma quae vis recitabit tibi, et est litterarum 35
expers, vel quilibet unus Phryx'. deinde cum etiam maius aliquid muttire audemus, aut triduo
non novit domus nostrae limen, sed mammam,
grandaevam mulierem orbamque victu tondet, aut

26 Cίμων in iactu talorum nomen (Pollux VII 205) 33 ηθι ex ιθι corr. *P*. in proverbio erat ἐκ τετρημένης κύλικος πίνειν. imago tracta a percolantibus (Persius 1, 35) 34 αυρευ *P* pr
35 τάλης aut τάλας al i

40 ἢ τοῦ τέγευς ὕπερθε τὰ σκέλεα τείνας
κάθηθ' ὅκως τις καλλίης κάτω κύπτων·
τί μευ δοκεῖς τὰ σπλάγχνα τῆς κακῆς πάσχειν,
ἐπεὰν ἴδωμι; κοὐ τόσος λόγος τοῦδε·
ἀλλ' ὁ κέραμος πᾶς ὤσπερ ἰτίη θλῆται,
45 κὴπὴν ὁ χειμὼν ἐγγὺς ἦι, τρί' ἥμαιθα
κλαίουσ' ἑκάστου τοῦ πλατύσματος τίνω.
ἓν γὰρ στόμ' ἐστὶ τῆς συνοικίης πάσης·
τοῦ Μητροτίμης ἔργα Κοττάλου ταῦτα·
κἀληθίν' ὤστε μηδ' ὀδόντα κινῆσαι.
50 ὅρη δ' ὁκοίως τὴν ῥάκιν λελέπρηκε
πᾶσαν καθ' ὕλην οἷα Δήλιος κυρτεὺς
ἐν τῆι θαλάσσηι τὠμβλὺ τῆς ζοῆς τρίβων.
τὰς ἑβδόμας τ' ἄμεινον εἰκάδας τ' οἶδε

40 super tecto cruribus extentis sedet tamquam simius aliquis deorsum prospectans. quid mea putas miserae matris viscera pati, ubi viderim? neque huic vero est tanti. sed tegulae omnes tamquam 45 vimina flectuntur ac franguntur, et cum hiems adpropinquat, ternos semisses flens pro singulis laterculis solvo. una enim vox est vici totius: 'Metrotimae filii facta haec sunt Cottali', atque ex 50 vero, ut ne dentem quidem moveas. vide vero ut tergum habet squalidum maculatumque totum per silvam tamquam Delius piscator in mari stupidam vitam terens. ac nundinas et icadas melius novit

43 ἴδωμι Hom. Il. 18, 63: ἴδω μιν complures proposuere 44 ιτια *P*: minus probabile ἴτια pro ἰτεϊνοῖς dictum. cf. Babrii fab. 125 45 ημεθα *P* pr: ἥμαιθον ἡμιωβόλιον, διωβόλιον παρὰ Κυζικηνοῖς Hesychius, ἢ ἄρτον ἢ ἥμαιθον aut quidlubet orant coronistae Phoenicis 49 proverbium ὀδόντα κινεῖν mitius quam θήγειν sumptum a capris 50 δεκοιως *P* pr i. ῥάχιν 53 εβδομας corr. in εβδομαδας *P*: *pueri expectant nundinas ut magister dimittat lussum* Varro sat. 279

τῶν ἀστροδιφέων, κοὐδ' ὕπνος νιν αἱρεῖται
νοεῦνθ' ὅτ' ἦμος παιγνίην ἀγινεῖτε. 55
ἀλλ' εἴ τί σοι, Λαμπρίσκε, καὶ βίου πρῆξιν
ἐσθλὴν τελοῖεν αἵδε κἀγαθῶν κύρσαις —
Μὴ"λασσον αὐτῶι, Μητροτίμη, (μὴ) ἐπεύχεο·
ἕξει γὰρ οὐδὲν μεῖον. Εὐθίης κοῦ μοι;
κοῦ Κόκκαλος, κοῦ Φίλλος; οὐ ταχέως τοῦτον 60
ἀρεῖτ' ἐπ' ὤμου τῆι Ἀκέσεω σεληναίηι
δείξοντες; αἰνέω τἄργα, Κότταλ', ἃ πρήσσεις·
οὔ σοι ἔτ' ἀπαρκεῖ ταῖσι δορκάσιν παίζειν
ἄστραβδ' ὅκωσπερ οἵδε, πρὸς δὲ τὴν παίστρην

quam astra qui scrutantur, et ne somnus quidem eum capit cogitantem quam mox ferias agatis. at 55 qui tibi, Lamprisce, et vitae actionem honestam deae hae perficiant et bonis potiaris — *Lampriscus:* ne secus ipsi, Metrotima, ne secus imprecare, habebit enim nihil minus. Euthias ubi mihi est? ubi Coccalus, ubi Phillus? non statim hunc tolletis 60 umero, ut ad Aceseae lunam monstretis? laudo facinora, Cottale, quae facis: non iam tibi sufficit tesseris ludere incorrupte sicut hi agunt, sed lusorium fre-

55 αγινητε *P*: coniunctivus minus aptus sententiae et ὅτ' ἦμος particulis i. ὁπηνίκα 57 αἵδε: Musarum in schola signa adsunt 58 μητροιτιμη επευχεο *P* sed μη ante επ- videntur rescriptae 61 ακέσεω *P*, verum puto Ἀκεσέω: i. suspensum habituri ac resupinum, nam ista luna in pendenti est semper neque apparet aversum iter tenens pro adverso. fuit proverbium ἐπὶ διαμενόντων καὶ βραδυνόντων, ἐπὶ ἀναβαλλομένων πρᾶξαί τι, contrarium Λακωνικαῖς σελήναις quippe quae apparuerint eoque moram fecerint (Photius Diogenian. I 57 VI 30 qui Ἀκεσαίου scribunt). adde quae ab ipso nomine consequitur medicinae notionem fracta moleste ac sero reparantis, et proverbium alterum Ἀκεσίας τὸν πρωκτὸν ἰάσατο (Zenobius I 52) 63 παιζειν corr. ex πεμπ- *P* 64 cf. κύβδα κρύβδα. hi discipuli

65 ἐν τοῖσι προυνίκοισι χαλκίζεις φοιτέων.
ἐγώ σε θήσω κοσμιώτερον κούρης,
κινεῦντα μηδὲ κάρφος εἰ τό γ' ἥδιστον.
κοῦ μοι τὸ δριμὺ σκῦλος, ἡ βοὸς κέρκος,
ὧι τοὺς πεδήτας κἀποτάκτους λωβεῦμαι;
70 δότω τις εἰς τὴν χεῖρα, πρὶν χολῇ βῆξαι. —
Μή μ' ἱκετεύω, Λαμπρίσκε, πρός σε τῶν Μουσέων
καὶ τοῦ γενείου τῆς τε κοττίδος ψυχῆς,
μὴ τῶι με δριμεῖ, τῶι 'τέρωι δὲ λώβησαι. —
Ἀλλ' εἶς πονηρός, Κότταλε, ὥστε καὶ περνὰς
75 οὐδείς σ' ἐπαινέσειεν οὐδ' ὅκου χώρης

65 quentans inter baiulos iactas asses. ego te reddam puella verecundiorem, qui ne ciccum quidem moveat si id ipsum maxume adlubescat. ubi mihi acris est pellicula, cauda bubula, qua compeditos 70 et dissolutos violo? dato aliquis in manum, prius quam bilis mihi tussim ciat. *Cottalus:* ne me, Lamprisce, per te Musas obsecro et tuam barbam et capitale tuum ingenium, ne acri me, sed altera ista viola. *L.* at es improbus, Cottale, ut ne mango 75 quidem quisquam te praedicare possit usquam terrarum, ne ibi quidem ubi mures aeque ferrum ro-

65 προνικοισι *P*: cf. Herodian. II p. 445 L. 67 cf. ad I 54 68 alias σκύλος 70 inutile χολήν 71 μη μη ικετευω, sed οp supra ευ temptatae, tum λαμπρισκε corr. ex προςπρισκε *P*: puto corripi potuisse ευ cum invalescere coeperint ea aetate σκεάσαι pro σκευάσαι ac similia et corripuerat iam Hipponax fr. 22; alioqui mutandum Λάμπρε 72 των γενειων *P* pr κοττιδος corr. ex κουτιδος *P*: cf. Pollux II 29, et κοττίζει aleator 73 ἑτέρωι: explicet Quintilianus I 3, 17. hinc patet cur in v. 68 scriptor σκῦτος spreverit 74 καὶ sine ἄν, cf. V 75 (Schneider Callim. I p. 358) 75 οκου corr. ex οκως *P*: Seneca apocol. 7 *venisti huc ubi mures ferrum rodunt*, ubi nihil est hominum neque humanitatis (Plin. hist. n. VIII 222). simile de ingenuo proverbium οὐκ ἂν ἐπαινεθείης οὐδ' ἐν περιδείπνωι

οἱ μῦς ὁμοίως τὸν σίδηρον τρώγουσιν. —
Κόσας, κόσας, Λαμπρίσκε, λίσσομαι, μέλλεις
ἔς μευ φορῆσαι; — Μὴ 'μέ, τήνδε δ' εἰρώτα·
τᾶ τᾶ. — Κόσας μοι δώσετ'; εἴ τί σοι ζώιην —
Φέρειν ὅσας ἂν ἡ κακὴ σθένηι βύρσα. — 80
Παῦσαι, ἱκαναί, Λαμπρίσκε. — Καὶ σὺ δὴ παῦσαι
κάκ' ἔργα πρήσσων. — Οὐκέτ' οὐκέτι πρήξω·
ὄμνυμί σοι, Λαμπρίσκε, τὰς φίλας Μούσας. —
Ὅσην δὲ καὶ τὴν γλᾶσσαν, οὗτος, ἔσχηκας.
πρός σοι βαλέω τὸν μῦν τάχ' ἢν πλέω γρύξηις. — 85
Ἰδού, σιωπῶ· μή με, λίσσομαι, κτείνηις. —
Μέθεσθε, Κόκκαλ', αὐτόν. — Οὔ σε δεῖ λῆξαι,
Λαμπρίσκε, δεῖρον δ' ἄχρις ἥλιος δύηι. —

dunt. *C.* quot verbera, quot, Lamprisce, quaeso, mihi intro missurus es? *L.* ne me, sed hanc interroga. tax tax. *C.* quot mihi dabitis? ita tibi vivam — *L.* quot ferre malum poterit corium. 80 *C.* desine, satis sunt, Lamprisce. *L.* tu quoque desine igitur mala facinora facere. *C.* non iam, non iam faciam. iuro tibi, Lamprisce, amicas Musas. *L.* quantam vero etiam linguam, eho tu, habuisti. oppingam tibi musculum statim, si plura 85 muttieris. *C.* ecce taceo. ne me, quaeso, interfeceris. *L.* sinite, Coccale, istum. *M.* non opor-

79 interiectio imitantis sonitum verberum, germ. *patsch* 80 φερ sine ειν *P* pr βυρσαι *P* pr 82 ουχι τρηξω *P* (παιξω *P* pr) 84 οσσην *P*: iteratur versus V 8 εσχηκε *P* pr 85 μῦν obicem vel repagulum, hic parvolum ad occludendum os, V 68 patibulum quoddam ostii clavumve ad suspendendum servum. nomen bestiolae fugitivae translatum esse in res plurimas vel corporis musculi vel bellici nauticique declarant. ὁ μύσας vel labris est vel oculis clausis 87 ουδεκληξαι *P*: postulatur aut istuc aut οὐκ ἔδει λῆξαι, nam δέει aut δει σ' ἐκλ- parum credibilia 88 δυσηι *P*

ʼΑλλʼ ἐστὶν ὕδρης ποικιλώτερος πολλῶι,
90 καὶ δεῖ λαβεῖν νιν κἀπὶ βυβλίωι δήκου
τὸ μηθὲν ἄλλας εἴκοσίν γε, καὶ ἦν μέλληι
αὐτῆς ἄμεινον τῆς Κλεοῦς ἀναγνῶναι. —
ʼΙσσâι, λάθοις τὴν γλâσσαν ἐς μέλι πλύνας.
ἐρέω ἐπιμηθέως τῶι γέροντι, Λαμπρίσκε,
95 ἐλθοῦσʼ ἐς οἶκον ταῦτα, καὶ πέδας ἥξω
φέρουσʼ ὅκως νιν σύμποδʼ ὧδε πηδεῦντα
αἱ πότνιαι βλέπωσιν ἃς ἐμίσησεν.

tet cessare, Lamprisce, caede vero donec sol occi-
90 dat. *L.* at est natrice multo magis varius, atque oportet accipere eum etiam super libro scilicet pro nihilo alia viginti saltem, etsi melius quam ipsa Clio sit lecturus. *M.* heia, lateat lingua tua quam sit elota melle. narrabo haec de industria seni,
95 Lamprisce, profecta domum, et pedicas redibo adferens, ut eum consertis pedibus sic saltantem divae dominae aspiciant, quas oderat.

89 ποικιλώτερος ὕδρας abiit in proverbium (Diogenianus IV 72 VII 69 de vafris ac veteratoribus) 91 μηδεν *P* pr: proprie *rem nullam* est sed transit in adverbium ut τὸ αὔριον ac multa, latine *nequicquam* et *cassum* 93 ἴσσα grammatici tradunt, 'fuit igitur malevolorum exclamatio alienis malis gaudentium' Meinekius FCG IV p. 80, cf. germ. *heisa*. talia ἄλογον ἔχει τὸν τόνον, praeter βαβαὶ et βαβαῖ etiam tribus syllabis βαβâι pronuntiabatur ιλασσαν *P*

IV

ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ ΑΝΑΤΙΘΕΙΣΑΙ ΚΑΙ ΘΥΣΙΑΖΟΥΣΑΙ

Χαίροις ἄναξ Παίηον, ὃς μέδεις Τρίκκης
καὶ Κῶν γλυκεῖαν κἠπίδαυρον ᾤικηκας,
σὺν καὶ Κορωνὶς ἥ σ' ἔτικτε κὠπόλλων
χαίροιεν, ἧς τε χειρὶ δεξιῆι ψαύεις
Ὑγίεια, κὤνπερ οἵδε τίμιοι βωμοί, 5
Πανάκη τε κἠπιώ τε κἰησὼ χαίροι,
χοἱ Λεωμέδοντος οἰκίην τε καὶ τείχη
πέρσαντες ἰητῆρες ἀγρίων νούσων
Ποδαλείριός τε καὶ Μαχάων χαιρόντων,
χὤσοι θεοὶ σὴν ἑστίην κατοικεῦσιν 10

IV

Aesculapio dedicantes et sacrificantes mulieres

Salve rex Paean, qui regis Triccam et Coum dulcem Epidaurumque inhabitasti, simul et Coronis quae te peperit et Apollo salvento, quamque manu dextra tangis Hygia, quarumque hae sunt celebres 5 arae, Panacea Epioneque Iasoque salveto, quique Laomedontis domum ac moenia everterunt, medici atrocium morborum Podalirius et Machaon salvento, et quotquot di tuum focum incolunt deae- 10

2 γλυκηαν *P*: epitheton Coas mulieres Coique fani scaenam prodit 3 χωπ- *P* pr 5 υγϊα τε κ' ων *P*: τε ex proximis male iteratum est. Hygia non ut filia Aesculapii hic describitur sed quasi quae in manum ei convenerit

καὶ θεαί, πάτερ Παίηον, ἵλεῳ δεῦτε,
τὠλέκτορος τοῦδ', ὅντιν' οἰκίης τοίχων
κήρυκα θύω, τἀπίδορπα δέξαισθε.
οὐ γάρ τι πολλὴν οὐδ' ἕτοιμον ἀντλεῦμεν,
15 ἐπεὶ τάχ' ἂν βοῦν ἢ νενημένην χοῖρον
πολλῆς φορίνης κοὐκ ἀλέκτορ' ἴητρα
νούσων ἐποιεύμεσθα, τὰς ἀπέψησας
ἐπ' ἠπίας σὺ χεῖρας, ὦ ἄναξ, τείνας.
ἐκ δεξιῆς τὸν πίνακα, Κοκκάλη, στῆσον
20 τῆς Ὑγιείης. μᾶ καλῶν, φίλη Κυννοῖ,
ἀγαλμάτων· τίς ἦρα τὴν λίθον ταύτην
τέκτων ἐποίει, καὶ τίς ἐστιν ὁ στήσας; —

ἐγὼ φιλῶ σε. ταῖς γυναιξὶν οὐ θήσεις
τὴν μέζον' ἔξω σανίδα, Δριμύλ'; ὤ, φωνέω· 5
πάλιν καθεύδεις; κόπτε, Πίστε, τὸ ῥύγχος
αὐτοῦ, μέχρις τὸν ὕπνον ἐκχέῃ πάντα·
μᾶλλον δὲ τὴν ἄκανθ[αν] . . . . . . ι καλῇ
ἐκ τοῦ τραχήλου δῆσο[ν] . . . . ψ
κίνει ταχέως τὰ γούνα[τ 10

VII

Sutor

Metro: Cerdo, adduco tibi has amicas, siquod manuum tuarum habes dignum quod eis ostendatur opus scitum. *Cerdo:* haud frustra, Metro, ego te amo. mulieribus his non feres foras tabulam [5] maiorem, Drimyle? io, clamo. rursum dormis? caede, Piste, rostrum eius, donec somnum effundat totum. aut potius spinam [vinctura] pulcra ad collum liga [10] move citius genua[, nisi mavis]

titulus .κυ..υς in *P*: adducit ad Cerdonem Metro mulieres duas, tertia apud fores resistens fingitur v. 122 8 velut ἁρμογῇ: spina punget caput cassabundum ex somno 9 conviciosa vox ut τυρόκλεψ, κέρκωψ

τ]ρίβειν ψοφεῦντα νουθ[ετ] . . . . . . ου τῶνδε
ν[ῦ]ν ἔκ μιν αὐτὴν λε . . . . υνη
κ . . . . σε[υ] τὴ[ν] . . . . ψήσω
εζ . . . . ι Πίστ[ε] . . . . ιξας
15 πυ[ρ]γίδα μὴ τὴν ὦδ . . . . ν
τὰ χρήσιμ' ἔργα τοῦ π . . . . ος
ταχέως ἔνεγκ' ἄνω . . . . [Μη]τροῖ
οἶ' ἔργ' ἐπόψεσθ'· ἡσυχῇ . . . . ον
τὴν σαμβαλού[χ]ην οι . . . . [π]ρῶτον,
20 Μητροῖ, τελέων ἀρισ . . . . έων ἴχνος·
θηεῖσθε χὐμε[ῖ]ς, ὦ γυ[ναῖκες· ἡ πτέ]ρνη
ὁρῆθ' ὅπως πέπηγε χ[αλκέοις ἥλ]οις·
ἐξηιτίωται πᾶσα, κ[οὐ τὰ μὲν καλ]ῶς,

terere strepitantia monimenta [13] [situm] abs tergebo. [14] Piste, [recluso] armario ne [16] utilia opera [17] fer citius desuper Metro, qualia opera aspicietis. otio [perlustra] sandaliariam, 20 [qualia habeat. hoc] primum, Metro, perfectorum optumum [vestigiorum] vestigium. contemplamini vos quoque, mulieres. calcem videte quo modo pacta sit [aereis clavis.] una eximia est tota, ne-

11 *collicrepidae cruricrepidae ferriteri mastigiae* Plautus ου ante τῶνδε expunctae, librarius τούτων coeperat pro τῶνδε scribere (velut νουθέτημα γὰρ) 12 initio ν[υ]ν incertum, cetera clara υνις *A*: puto λειανέω, τὸ δ' αἰσχύνη, κἤγωγ' ὑπὲρ σεῦ τὴν κόνιν ἀποψήσω· ἕζεσθε, Μητροῖ. in qua sententia praeoptes αὐτός 14 velut τὴν ἄνω ἀνοίξας 15 potest μὴ τεῖν' 17 ἄνωθε· νὴ Δί' ὠ 18 μὲν ἄθρησον? 19 σαμ- *P* ita ut σα pro una α haberi possint. tum fortasse οἷ' ἔχει· τόδε 20 ἄριστον ἰχνέων puto: αρη *A* 22 οπως *P* sed π fortasse immutata superne 23 cf. ἔξαιτος ἐξαίσιος. sed praestat explicare πάσης αἰτίας ἐκτὸς γεγένηται quasi iuridicialem translationem

τὰ δ' οὐχὶ καλῶς, ἀλλὰ πᾶ[σα παγκάλω]ς·
τὸ χρῶμα δ', οὕτως . η . . . . δοίη 25
. . . . ἐριχανᾶσθ' ἐπαυρέσθαι,
. . . . λ' ὅτωι δ' ἴσον χρῶμα
. . . . ὅκου δὲ κηρὸς ἀνθήσει
. . . . τρεῖς ἔδωκε Κανδᾶ[τις
. . . . τοῦτο κἤτερον χρῶμα 30
. . . . μι πάνθ' ὅσ' ἐστὶν ἴα
χ . . . . τ . . . . κα δίζειν

que alia belle habent, alia non belle, sed omnia [bellissime.] color vero, ita [vobis dea] det [quae- 25 cumque] concupiscitis frui [27] cui autem par color est [28] sed ubi cera, florebit. [minas pro tali] tres dedit Candatis. [30] hic etiam alter color [31] [superat] omnes quotquot sunt violas [33] ne

24 aut καλλίστως 25 velut ὑμὶν ἡ θεός, et υμ potest in *P* fuisse 26 velut βίου τε χὼν. verbum idem cum ἀριχ- ὀριχ- ῥιχᾶσθαι quibus Hipponax Aristophanes al. utuntur, proxumum ab ὀρέγεσθαι ὀριγνᾶσθαι ὀρεχθεῖν, significantibus omnibus erectum spe ac voluntate animum. de insitione nasalis cf. ἐρυκανᾶν al. 27 velut νικᾶι τὰ πάντα μῆλ' 28 ergo candidi coloris calcei, cf. interpr. Hor. carm. I 13, 2 Theocr. 8, 19, quales mulieribus ac potissimum meretricibus adsignantur (Pollux VII 92). non potest οὐ κρίνα παρ' αὐτὸ κοὐδὲ 29 velut τοίου δέ μοι μνέας. nominis proprii accentus iste in *P*, cf. VI 87 31 μη *K*: fuit velut νικᾶν δέ φημι aut uno pede plus τοῦτό φημι ι.α aut ηα *P* (..α *K*). aptissimum ad sententiam ἴα ut in rubri nigrive coloris calceis quales Laconici erant. metro aptum ἤια sed reapse nihili. productam esse priorem in ἴα (ἔστ' ἴα) aut solutam in versu paenultimam syllabam non credes, num contractas esse vocales ἐστὶ ἴα? 32 χ et primae sequentium versuum litterae num istis ipsis versibus principia fuerint, minus certum. omisit eas *K* in fine βαδίζειν *K*. nec β nec δ certa. χ[ἠγεῖσθέ μ' αἰεὶ] τὴν ἀληθ[ίη]ν βαΰζειν ante, post μή [με κερδαλ]έα δίζειν talia in *P* videbam

. . . . οὐδ' ὅσον ῥοπὴν ψεῦδος
β . . . . Κ]έρδωνι μὴ βίου ὄνησις
35 κὠ[νηΐ]ων γίνοιτο καὶ χάριν πρός με
. . . . . . οὐ γ]ὰρ ἀλλὰ μεζόνων ἤδη
. . . . κερδέων ὀριγνῶνται
μ . . . . τὰ ἔργα τῆς τέχνης ἡμῶν
. . . . τος δὲ δειλαίην οἰζύν
40 . . . . . ν ἀν . . . εων νύκτα χἠμέρην θάλπω
. . . . . . ἡμέων ἄχρι(ς) ἑσπέρης κάπτει
. . . . η πρὸ[ς] ὄρθ[ρ]ον οὐ δοκέω τό(σ)σον
τὰ μίκρ' ωνοσ . . ηριθ ὑπ[ν . . . .
κοὔπω λέγω, τρεῖς καὶ δι . . . . σκω
45 ὁτεύνεκ', ὦ γυναῖκες, ἀργ . . . .

minimi quidem momenti mendacium, [aut] Cerdoni 35 ne vitae fructus rerumque frugi contingat, gratiamque ad me [36] maiorem iam [plerique] quaestum adpetunt [cum non adaequent] artificia nostra [39] lamentabiles miserias [40] noctu diuque foveo, [nam labor vires] nostras ad vesperam usque exhaurit [et somnum] ante lucem non tantum puto quantum parvolae [lusciniae] [44] nec- 45 dum dixi: tres etiam [discentes pasco,] quia, o mu-

33 supple ἐρέω γὰρ οὐδὲν, 34 βαρῦνον, ἢ 36 velut κύων φέροι, sed potest Κ]άρ 38 μιμούμενοι an μή? scilicet sutores alii 39 potest θ]νητὸς 40 potest ἀναγκέων, ἄνευ θεῶν, non potest ἀνὴρ ἐών, ἀντλέων 41 ss. tales ὥρας γὰρ ἡμέων — τὸ πρηγμα καὶ πρὸς — ὕπνον ὑπνώσσειν 42 η aut αι initium 43 non extricavi: sic *K*, ν mutata videtur ex κ aut in κ, inter ο et η duae fere litterae (possunt legi vel ση vel αρ), tum συθ aut ρυθ potius quam ριθ in *P*. temptavi τὰ μίκρ' ὅσον quae sequeretur avicularum vocabulum fictum per φυθ'. fuit proverbium οὐδ' ὅσσον ἀηδόνες ὑπνώσσουσιν (Suidas ἀηδών). neque ὀαρισ- neque ἧρος aptare poteram, non extat τὰ μικρὰ νόσσι' ὅσσον 44 velut διηκόνους βόσκω 45 ο ου ι pr finalis littera fortasse ς (ἀργὸς οὐ σκυτεύς)

οἳ κἢν ὕηι Ζεύ[ς], τοῦτό μου . . . .
φέρ᾽ εἰ φέρεις τι· τἄλλα δ . . . . ται
ὅκως νεοσσοὶ τὰς κοχώνας θά[λ]π[ον]τες.
ἀλλ᾽ οὐ λόγων γάρ, φασίν, ἡ ἀγορὴ δεῖται,
χαλκῶν δέ· τοῦτ᾽ ἢν μὴ ὑμὶν ἁνδάνηι, Μητροῖ[ῖ], 50
τὸ ζεῦγος, ἕτερον χἄτε[ρ]ον μάλ᾽ ἐξοίσει,
ἔστ᾽ ἂν [ἐ]πὶ πᾶν πεισθῆτε [μὴ λ]έγει[ν] ψευδέα
Κέρδωνα· τὰς μ[ὲν σαμβαλ]ουχίδας πάσας
ἔνεγκε, Πίστε, [δεῖ γ]ὰρ ἐπ[ιλ]ινηθείσα[ς
ὑμέας ἀπελθεῖν, ὦ γυναῖκες, εἰς οἶκον· 55
θηεῖσθε δ᾽ ὑμ[εῖς· τὰ] νέα τ[α]ῦτα παντοῖα,
Σικυώνια Ἀμβρακίδια νο[σ]σίδες λεῖαι

lieres, [non cessat sutrina], qui etiam si pluit Iuppiter, hoc mihi [obstrepunt:] 'fer, siquid fers'. ceterum [sublevant me] tamquam pulli lumbos foventes. at enim non sermone, inquiunt, mercatus indiget, sed aere. hoc par si non placet vobis, Metro, alterum et alterum deinceps efferet, donec omnino vobis erit persuasum non dicere mendacia Cerdonem. sandaliarias mihi cunctas adfer, Piste, [oportet] enim inescatas vos, mulieres, abire domum. vos autem spectate: nova haec omnis generis sunt, Sicyonia, Ambraciola, pullastrae, glabrae, psitta-

46 ὕηι correpta priore praeter morem. tum μοι aut μου, verbum erat satis breve. κατᾴδουσι? querela similis Iuven. 9. 67 47 verba instantis famuli domino ut det cibaria, sic ut latina *age si quid agis* (Plaut. mil. 215) al. α post δ, σ ante τ in *P*? velut ὀμφί μ᾽ ὠθεῦνται 48 οπως *P* pr κηχ- *P* 49 cf. I 78 51 μάλα deinceps gradatim i. rursus, interpr. Herodoti I 134, Aristoph. Pac. 460 53 aut μευ 54 ηθεισας *P*, sed dubitans an σ supra ηθ addita sit, primum feci εἰκὸς γάρ ἐστιν ηθείσας. non potest ὀνηθείσας 56 θησεσθε *K*. medius enim in ε ductus porrectus ultra ι: cf. v. 21 minus placet γένεα 57 σικυνια *P* pr an Νοσσίδες ut a Nosside nominatae? cf. Poll. VII 94 qui ex his emaculatur

ψιττάκεα καναβίσκα βαυκίδ[ες] βλαῦτται
Ἰωνίκ' ἀμφίσφαιρα νυκτιπήδ[ηκ]ες
60 ἀκροσφύρια καρκίνια βάμβαλ' Ἀρ[γ]εῖα
κοκκίδες ἔφηβοι διάβαθρα· ὧν ἐρᾷ θυμὸς
ὑμέων ἑκάστης εἴπατ', ὡς ἂν αἴσθοισθε,
σκυτέα γυναῖκες καὶ κύνες τί βρώζουσιν. —
Κόσου χρεΐζεις κεῖν' ὃ πρόσθεν ἤειρας
65 ἀπεμπολῆ(σαι) ζεῦγος; ἀλλὰ μὴ βροντέων
αὐτὸς σὺ τρέψῃς μέζον εἰς φυγὴν ἡμέας. —
Αὐτὴ σὺ καὶ τίμησον εἰ θέλεις αὐτό,
καὶ στῆσον ἧς κοτ' ἐστὶν ἄξιον τιμῆς·

cea, cannabina, molliculae, soleae, Ionica, circum-
60 globa, noctisultores, talaria, canceratica, bambala, Argiva, coccinae, ephebi, diabathra. quae desideret animus cuiusque vestrum, dicite, quippe sentietis sutorem mulieres canesque ut devorent.
65 *Mulier:* quanti vis illud quod ante sustulisti par vendere? at ne tonans maiora ipse tu nos vertas in fugam. *C.* ipsa tu et aestima sis istud et con-

58 ψιντακαια *P*: ψιττάκεια Hesychius, viridantia scilicet βλαυτια corr. in βλαυττια *P*. an colliduntur versus ritu Calliae? 60 σαμβαλ *K*: quadrat in β figura litterae, non cadit in σ. ita dictae galliculae ob laxitatem tremulosque circa pedem motus, cf. Hesychii glossas βαμβ- 63 sentietis liberalem ac prodigum sutorem qui mulieribus non minus quam canibus se comedendum praebeat i. suas res profundat ac perdat. de canibus σκυτοτραγούσαις cf. interpr. Horati sat. II 5, 83. non opinor ex usu graeci sermonis esse si post αἴσθοισθε ita distinguas ut per se stet versus tanquam proverbialis totus, τὶ βρώζουσιν. verbum hoc praesens factum est ad βρωτά et βέβρωται, aeque antiquis inusitatum βιβρώσκω 64 ηιρας *P* (ηαρας *K* etsi illud postulavit idem) 65 πολῃζευγος *P*: -πολᾶν τὸ ζ- cogitavit *K* in fine potest αἰτέων legi 66 ἦ μεγάλ' ἐβρόντησας Homerus, at πῶς οὐκ εἰκὸς μέγα βροντᾶν Aristophanes

εἰ τοῦτο . . . . γάρ, οὔ σε ῥηιδίως . . σω.
σκυτέων, γύναι, τὠληθὲς ἢν θέληις ἔργον, 70
ἐρεῖς τι ναὶ μὰ τήνδε τὴν τεφρὴν κόρσην,
ἐφ' ἧς ἀλώπηξ νοσσιὴ[ν π]εποί[ηκε,
τάχ' ἀλφιτηρὸν ἔργα [καλ]ὰ κινεῦσι.
Ἑρμῆ τε κερδέων καὶ σύ, κερδίη Πειθοῖ,
ὡς ἤν τι μὴ νῦν ἡμὶν ἐς βόλον κύρσηι, 75
οὐκ οἶδ' ὅκως ἄμεινον ἡ χύτρη πρήξει. —
Τί τονθορύζεις κοὐκ ἐλευθέρηι γλάσσηι
τὸν τῖμον ὅστις ἐστὶν ἐξεδίφησας; —
Γύναι, μιῆς μνῆς ἐστὶν ἄξιον τοῦτο

stitue quonam dignum sit pretio. hoc enim [attendens] non facile tibi [fraudem faciam.] sutorum, mu- 70 lier, re vera si postulas opus, dices aliquid, per haec cana tempora in quibus volpes nidum fecit, quod possit panem dare opera bella molientibus. ita Mercuri deus lucrorum et tu, lucrosa Suada, me ametis, ut si non nunc nobis aliquid inciderit 75 in retia, ignoro quo modo melius futurum sit ollae nostrae. *M.* quid murmuraris ac non libera lingua pretium quodcumque est explicuisti? *C.*

69 ι τουτο *K*, vereor ut recte, neque enim sequitur λῆις aut simile verbum. litterae incertae sed quae tendant ad εἰς τοῦτ' ὁρῶν γὰρ in fine δι ωυ . . . . *K*. litterae neque in ψεύσω neque in πείσω satis conveniunt, illud tamen credibile 70 δευτε ωυ *K* ο in ἔργον infra excrevit quasi in α fuitque cum εἰπῖν legerem σκυτέων *coriorum* iungens cum ψεύσω 72 Callim. hy. III 78. meminerimus Κέρδωνος et κερδοῦς cognationem, unde κερδία tam astutia quam alopecia 73 τοῖα minus quadrat in vestigia *P*. potest ἄριστα 74 κερδέων non pro exclamatione habeo sed pro attributo dei qui vocatur κερδῷος, κερδέμπορος 76 χ correcta in *P*: putes in archetypo fuisse κύθρη 77 τονθορυξεις *P*, ς super addita: futurum non aptum 79 argenti mina an aeris?

80 τὸ ζεῦγος, ἢ ἄνω σ' ἢ κάτω βλέπειν· χαλκοῦ
ῥίνημ' ὃ δή κοτ' ἐστὶ τῆς Ἀθηναίης
ὠνευμένης αὐτῆς ἂν οὐκ ἀποστάξαι. —
Μάλ' εἰκότως σευ τὸ στεγύλλιον, Κέρδων,
πέπληθε δαψιλέων τε καὶ καλῶν ἔργων.
85 φύλασσε κα[λῶ]ς αὐτά· τῆι γὰρ εἰκοστῆι
τοῦ Ταυρεῶνος ἡκατῆ γάμον ποιεῖ
τῆς Ἀρ[τακ]ηνῆς, κὐποδημάτων χρείη·
τάχ' οὖν τὰ λῇς [φέ]ρουσι σὺν Τύχηι πρός σε,
μᾶλλον δὲ πάντως· ἀλλὰ θύλακον ῥάψαι,
90 τὰς μνέας ὅκως σοι μὴ αἱ γαλαῖ διοίσουσι. —
Ἤν τ' ἡκατ(ῆ) ἔλθηι, μνῆς ἔλασσον οὐκ οἴσει,
ἤν τ' ἡ Ἀρτακηνή· πρὸς τάδ' εἰ θέλεις σκέπτευ. —

80 mulier, una mina constabit hoc par tibi vel sursum vel deorsum spectanti. aeris ramentum quantumcumque erit, Minerva si emat ipsa, non delicuerit. *M.* convenienter sane pergula tua, Cerdo, 85 repleta est et copiosis et formosis operibus. custodi probe ista. nam vicensimo die mensis Taureonis Hecataea nuptias facit Artacenae, atque calceolis opus est. fortasse igitur quae petis ferunt ad te iuvante Fortuna, aut potius utique. 90 culleum tamen tibi consue, ut minas tuas ne mustelae differant. *C.* sive Hecate venerit, mina vi-

80 infinitivus absolutus ut ἓν πρὸς ἓν συμβάλλειν apud Herodotum, cum persona ὅσον γ' ἔμ' εἰδέναι 85 non potest κλήισας, quia α post κ clara est, in exitu potest ας 86 Taureonem Neptuno ut videtur sacrum mensem Iones habuere Samii Cyziceni Sinopenses. ἡ Ἑκατῆ pro Ἑκατέη aut pleniore vocabulo. Ἀρτακηνῆς cum accentu *P*, quasi ex Artace civitate oriundae 89 salse haec defricat hominem ex postulatis λακκόπλουτον futurum. γαλῆν appellat ut rapacissimam et inauspicatam 91 ουχ *P* pr 92 τηιαρτ- *P* errore

Οὔ σοι δίδωσιν ἡ ἀγαθὴ Τύχη, Κέρδων,
ψαῦσαι ποδίσκων ὧν Πόθοι τε κἤρωτες
ψαύουσιν, ἀλλ' εἶς κνῦσα καὶ κακὴ λώβη. 95
ὥστ' ἐκ μὲν ἡμέων ἄπλε(τ)ο(ς) σέω πρῆξις,
ταύτηι δὲ δώσεις. κεῖνο τὸ ἕτερον ζεῦγος
κόσου; πάλιν· πρήμηνον ἀξίην φωνὴν
σεωυτοῦ. — Στατῆρας πέντε ναὶ μὰ θεοὺς φοιτᾶι
ἡ ψάλτρι' Εὐετῆρις ἡμέρην πᾶσαν 100
λαβεῖν ἀνώγουσ', ἀλλ' ἐγώ μιν ἐ[χθα]ίρω,
κἢν τέσσαράς μοι Δαρεικοὺς ὑπόσχηται,

lius non auferet, sive Artacene: ex his considera. *M.* non tibi dat bona Fortuna, Cerdo, ut tangas tenellos pedes quos Cupidines Amoresque tangunt, 95 sed es scabies et mala sordes. itaque a nobis quidem immensum est quod exigis, huic autem dabis. istud alterum par quanti? itera. infla vocem te dignam. *C.* stateras quinque, ita me di iuvent, 100 adventat psaltria Eueteris cottidie flagitans ut accipiam, sed ego eam odi, etsi quattuor mihi Dari-

95 ισκνυσα *P*: i. κνύζα fortasse ex scribae pronuntiatione 96 corruptus versus idque in margine lineola indicatum videtur. λισλεοσεω *K*, απλεοσεω ego opinor legi posse, non potest διπλ-, non est ἃ πλέω neque ἁρπαλέως. feci interim quod intellegi posset. ω clarissimam servavi nescio an relictam ex crasi (σέο ἡ πρῆξις). potest πρήξεις fieri scilicet, et sequitur δώσις 97 ταύτηι Metroni, opinor 98 αξιαν *P* 99 σεωυτου om. *P* pr, correctum et in versu cui praepositum σεωτου est et in superiore margine ubi σεωυτου στατηρ. terminatum nescio quo modo. tamen neque in ας neque in ων pretium quod supra, μνᾶν iterat sutor dicens offerri sibi ab alia tot στατῆρας, si quidem illa argentea est, hi aurei 100 ψαλτριετηρις *P*. retinui quod Rutherford posuit nomen a litteris probabilius quam facetiis. oratio efficacior est omisso quam addito ἡμέας, facillimum erat λαβεῖν μ' ἅ. 102 utrum in quarto pede admissus est ut anapaestus VI 55

ὁτούνεκέν μευ τὴν γυναῖκα τωθάζει
κακοῖσι δεννοῖς. εἰ δὲ . . . . . . η χρείη,
105 φέρευ, λαβοῦ (τού)των· τριῶν . . . . δοῦναι
καὶ ταῦτα καὶ ταῦτ . . . . [Δαρ]εικῶν
ἕκητι Μητροῦς τῆσδε . . . . ει . . .
δύ]ναιτό μ' ἐλάσαι σαν . . . .
ἐόντα λίθινον ἐς θεοὺς ἀν[απ]τῆ[να]ι·
110 ἔχεις γὰρ οὐχὶ γλᾶσσαν, ἡδονῆς δ' ἠθ[μό]ν·
ἆ, θεῶν ἐκεῖνος οὐ μακρὴν ἄπ[εσθ' ὡνήρ,
ὀτέῳ σὺ χείλεα νύκτα κἠμέρην οι . . . .

eos polliceatur, ideo quia meam mulierem lacessit
105 malis opprobriis. si vero [cogit] necessitas, tolle tibi, sume haec: tribus [ego] dare et haec et haec [tibi volo] Daricis Metronis huius gratia. [ac tua festivitas] incitare me possit, talaria [ut indutus Mercurialia] quamvis lapideus sim, ad deos evolem.
110 habes enim non linguam sed voluptatis saccum. ah, a dis [vir] ille non procul abest, cui tu labra

ita hic spondeus, an Δαρεικός pro cretico enuntiatus? certe talia potissimum nomina in ore volgi detrita sunt et correpta. cf. τέτραχμον. praeterea sicut Philippi nominantur aurei Philippei, licuit opinor scribere Δαρείους in quo media corripitur legitime. ceterum hi Darici vide quanto sint pretio valentes fere sesquistateras

104 δεννοις mutatum in δειvοις *P* in exitu litterae praeter χ parum certae. in media lacuna π pellucet. substantivum puto, η χρείη vel ει δέ μοι πικρὴ χ. 105 λαβουτων *P* spatium capit θέλω aut δέ σοι 106 ταυταυτα pro ταῦτα *P*: paria singula ternis Daricis an tribus utrumque? 107 ita *K*: ego mihi videbar agnoscere [σὴ δ' ἔτ' ἂν] φωνὴ 108 ν aut μ ante hiatum *P*: velut σαμβάλοισιν ὥστ' Ἑρμέω 109 εονταληθινον *P*, cf. Hipponactis fr. 10 Bergk. 110 ηδηνης *P* δηελθιν *K* dubitans: i. unde liquida voluptas defluit. cf. ad III 33 111 απεσθ aut απεω potest legi in *P* 112 οι . . non omnino certae, nescii an βι aut σπ: non erat θλιβ-, non οιγ-, num οἰσ[τρεῖς?

φέρ' ὧδε τὸν ποδίσκον· εἰ σίνος, θῶ[υμα.
πάξ· μήτε προσθῆις μήτ' ἀπ' οὖν ἕλῃς μηδέν·
τὰ καλὰ πάντα τῆις καλῆισιν ἁρμόζει. 115
αὐτὴν ἐρεῖς τὸ πέλμα τὴν Ἀθηναίην
τεμεῖν. δός, αὕτη, καὶ σὺ τὸν πόδα. ψωρὴ
ἄρηρεν ὁπλή. βοῦς ὁ λακτίσας ὑμᾶς·
εἴ τις πρὸς ἴχνος ἠκόνησε τὴν σμίλην,
οὐκ ἂν μὰ τὴν Κέρδωνος ἑστίην οὕτω 120
τοὔργον σαφέως ἔκειτ' ἂν ὡς σαφῶς κεῖται.
αὕτη σύ, δώσεις ἑπτὰ Δαρεικοὺς τοῦδε,
ἡ μέζον ἵππου πρὸς θύρην κιχλίζουσα;
γυναῖκες, ἢν ἔχητε κἠτέρων χρείην

noctu diuque [sollicitas]. huc fer petiolum: mirum, si vitium est. pax. neque addas igitur neque demas quidquam. formosa formosis omnia 115 apta sunt. ipsam dices calcaneum secuisse Minervam. da, heus, tu quoque tuum pedem. scabra congruit ungula, bos pressit vos calce. siquis ad vestigium acuisset scalprum, non tam plane, per 120 Cerdonis Larem, opus exactum esset quam exactum est plane. heus tu, dabis septem Daricos pro hoc, tu quae equa grandius fores versum hinnis? mulieres, si etiam aliis vobis opus erit vel

113 σινος *P* sed potest ut recentior manus χ super inleverit, quasi εἰς ἴχνος θῶ μεν. clausulae vestigia saepe mihi apparuere talia θωστον (cf. θωή θωᾶν) 114 post ελη littera dubia ι an ς. huic favet spatium 115 της *P* pr 118 proverbium simile istius *factus ad unguem*. ungula adsumpta a bove, bos ob trituram frumenta expolientem. dispar ex eodem genere Hieronymus epist. 102, 2 memorat *vulgare proverbium quod bos lassus fortius figat pedem* 119 i. si modum cepissem pedis ante quam calceos feci 122 tertiam adloquitur mulierem venditans tanti, ut scias non empturam. ipsum iocari

125 ἢ σαμβαλίσκων ἢ ἃ κατ' οἰκίην ἕλκειν
εἴθισθε, τήν μοι δουλ[ίδ'] ὧδε (δεῖ) πέμπειν.
σὺ δ' ἧκε, Μητροῖ, πρός με τῆι ἐνάτηι πάντως,
ὅκως λάβηις καρκίνια· τὴν γὰρ οὖν βαίτην
θάλπους ἄνευ δεῖ 'νδον φρονοῦντα καὶ ῥάπτειν.

125 sandaliis vel quae domi trahere adsuestis, ancillam mihi huc mittatis oportet. tu autem, Metro, redi ad me die noni utique, ut accipias canceratica. nempe corium sine calore oportet intus cum prudentia etiam consui.

126 πεμπετε *P* pr: si non emendatum esset manu eadem πέμπειν, scriberem πέμποιτε 128 βαίτην Asiani pellem caprinam vocitabant, proprium est vocabulum pellis confectae ad tegumenta rustica, hic ad sutrinam. cur nundino opus sit ad Metronis calceos, Cerdo etiam gravius pronuntiat quam nostrates *das will auch genäht sein.*

VIII

ΕΝΥΠΝΙΟΝ

Ἄστηθι, δούλη Ψύλλα· μέχρι τέο κείσηι
ῥέγχουσα; τὴν δὲ χοῖρον αὐονὴ δρύπτει·
ἢ προσμενεῖς σύ, μέχρι σευ ἥλιος θάλψει
τὸν κ]υσὸν ἐσδύς; κῶς δ', ἄτρυτε, κοὐ κάμνεις fr. 1
τὰ πλ]ευρὰ κνώσσουσ'; αἱ δὲ νύκτες ἐννέωροι. 5
ἄστηθ]ι, φημί, καὶ ἄψον εἰ θέλεις λύχνον
καὶ τ]ὴν ἄναυλον χοῖρον ἐς νομὴν πέμψ[ον.
τόν]θρυζε καὶ κνῶ, μέχρι σευ παραστᾶ[σα fr. 9
τὸ] βρέγμα τῶι σκίπωνι μαλθακὸν θῶμα[ι.

VIII

Somnium

Surge, serva Psylla. quo usque iacebis stertens? porcam vero siccitas vellicat. an expectabis tu usque dum sol tuum penetrans culum calfaciet? qui autem, indomita, non etiam laboras lateribus 5 cubans, dormitans noctes novenarum horarum? surge, inquam, et accende sis lucernam et cui stabulatio odio est porcam pastum mitte. murmurare ac pruri, donec accedam cerebrumque tuum sci-

1 ἄστησον et similia in Homero ferebantur Zenodoteo, ἄνστησον Aristarchus propagavit Pulex cur nomen sit servae, eloquitur Plautus Curc. 501 3 θαλψηι *P* pr. quod usitatum est, tamen haud aeque instanter dictum (*dum calfaciat*) 6 αψον ex αστησον corr. *P*

δει]λὴ Μεγαλλί, κα[ὶ] σὺ Λάτμιον κνώσσεις; 10
οὐ] τὰ ἔργα σὲ τρύχ[ου]σιν, ἀλλὰ μὴν στέμμ[α
ἐ]π' ἱρὰ διζόμ[εσ]θα· β[αιὸ]ς οὐχ ἡμῖν
ἐ[ν] τῆι οἰκίηι ἔτι μα[λ]λὸς εἰρίων· δειλή,
ἄστηθι. [τ]οῦτ' ἐμὸν . . . . εἰ θέλεις, Ἀννᾶ,
ἄκουσον οὐ . . . . φρένας βόσκεις. 15
τράγον τιν' . . . . αραι τόσωι σαλι . . .
μακρῆς ο . . . . ν τε κεὔκερως . . . .
επεῖδε δὲ . . . . ην . . τῆς βήσσης
η . . σφα . . . . μέν, κ[αὶ] γὰρ ἑσσῶμαι . . . .

pione mihi molle reddam. iners Megallis, etiam tu 10 Endymionis somno sopita es? non pensa te cruciant, et tamen infulam ad sacra requirimus. pauxillum nobis non iam est in domo vellus lanae. iners, surge. hoc meum [somnium], si vis, Anna, audi, non [quali tu] animum pascis. hircum 15 quendam [vidi] [17] et [vetulus] et bene cornutus [18] convallis [19] nam vincor etiam [20] [con-

10 μεγαλλί cum accentu *P* 12 βα.ις *K*: mediae inter β et ς litterae evanidae, non est Ἄδωνος 13 τη sine ι *P* pr 14 μοσ.. *K*. deest ὄναρ αννᾶ cum accentu *P*: delicata dominae puella 15 λουσον *K* qui reliquias extantes in ea pagella quae initium carminis continet tum praetermiserat. et ipse prius ἀλλ' οὐ σὸν aut ἄμουσον legeram οὐχ ὅτεῳ vel οἵωι σὺ τὰς: tangitur proverbium τοὐμόν γ' ἐμοὶ λέγεις ὄναρ (Callimachus bis τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί) sive τὸ σὸν ὄναρ σοὶ λέγω 16 coepit narrare somnium ex vita pastoricia sumptum. sic poeta quae tum viguere bucolica carmina aemulatus est an ludificatus? lectio non certissima: potest ἄγγος, tum τοσωι ομ *K*, ηθ scriptae sunt supra αλ quas ego aut μ quam *K* descripsit: lusi εἶδον ὅς παρ' αἰγὸς ωιστρήθη 17 ὅσον? novum ab o vocabulum incepisse spatium prodit, sed potuit ὃ δ' ἦν γέρων 18 aut ἐπεὶ δ' ἔδε[ι με, ἐδέδετο, talia 19 η superscriptum aliquid habet ἐσφάλην

συ . . . . . . εῖσαι χ[εῖρ]ες, αἰπόλοι πλε . . . 20
τη . . . . νηπα . . ρίων τε ποιεῦ[ντες,
ὥσπερ τελεῦμεν ἐν . . . . fr. 2
χοἳ μὲν μετώποις ε . . . .
ἔκοπτον ἀρνευτῆρ . . . .
οἳ δ' ὕπτι' ἐρρίπτευν τ[ὰ . 25
εἰς ἓν γέλως τε κἀνίη . . . .
κἀγὼ 'δόκεον δὶς μ[υρι . .
. . . ἀ]ναλέσθαι κη . . . .
. . . . στη . . . . .

. . . μαι δὲ κ[υ]νέην . . . 30 fr. 5
. . . ἄ]μφωτ[ο]ν δόρεα . . .
. . . ων ἐλη . . το ενδυ . . .

stringuntur] manus, caprarii [vincula faenea et lanea] faciunt, sicut conficimus in [23] et alii fronte [24] feriebant urinatorum modo [25] alii supina iactabant [membra. confluebat] in unum risus maerorque [27] et ego mihi videbar [plus milliens] exsilire et

[30] [gestat] autem galeam ambas tegentem aures, hastas[que iaculans praedabatur puncto temporis]

μέν? hoc certum, itaque longior erat versus, spondeus in quinto pede, deest velut θυμῶι 20 aut -ῆσαι. -εῖς αἱ lusi πλεκτὰς τήλιός τε νὴ Πᾶν' εἰρίων 21 potest ποιεῦσι aut propter sequentia τ' ἐποίευν τι (πλέγμα) 22 nova incipit pagina ac separata sed quae continuare videatur caprariorum lusus εγ . . Λ: ἐπ' ἱεροῖς? 23 ss. vide ad 72 26 ειεν *P* pr 29 potest ὥστ' η
30 aliud fragmentum somnii. induci videtur venator τ[η]ν νεην Λ 31 aut ἄμφωτιν 32 ἐλήζετο? Suidas ἔνδυο τὸ ταχέως, ὡς ἡμεῖς, Μένανδρος

. . . ὧδε τῶν ἀρωδι[ῶν . .
. . . ν αἶγα τῆς φ . . .
35 . . . ἀ]λλ᾽ οὐδ᾽ ὧς . . .
. . . αἰ]πόλοι μ . . .
. . . τελευ . . .

fr. 3 κ]ἠγὼ οὐκ ἐσύλευν . . .
κ]αὶ ἄλλης δρυὸς . . .
40 τὰ] δ᾽ ἀμ[φ]ίκαρτα . . .
. . ινα . . ποιουν . . .
. . . . . . ξιον με . . .
. . . . . . ν μᾶ λι . . .
. . . . . . κροκωτ . . .
45 . . . . . . λεπτῆς ἀ . . .
. . . . . . ς δ᾽ ἐνεβ . . .
. . . . . . εν κυπα . . .
. . . . ἀμφὶ κν . . .
. . . . . κο]θόρνου[ς . . .
50 . . . . μὲν τὸ . . .

33 ardearum 34 caprum 35 sed ne sic quidem 36 caprarii
38 et ego non spoliabam 39 alius arboris 40 circumtonsa 44 crocea 45 subtilis 46 iniecerat
47 in cingillo 48 circum suras 49 cothurnos

33 aut ἐγ]ὼ δὲ sim. ῥωδιός Hipponax fr. 63, Attici ἐρωιδιός, cf. ad VII 26 34 ..ναι τα της *K* 37 sequitur versiculus extinctus 38 nova pagina 39 ..ν αλλης *K* 40 ..δαμ..ι *K* 42 ..σιον *K*: potest τὸ]ν α[ἶγα] ποιοῦν[τ᾽..ἀνά]ξιόν με 43 ..αιμαλ.. *K*: spatium post μα in *P* 47 iniecerat mulier aut dea ista nescio quid ἐν κυπάσσει 48 εἶχ᾽ ἀμφὶ κνήμας? 50 -τ]ο μὲν aut -ομεν *P*

. . . . . . ὥρην ἱμ[ατ . .
. . . . . τ]ὸ λῶπο[ς . . .
. . . Ὀδ]υσσέως ο . . .

τὰ δεινὰ . . . fr. 8
ἔρρ' ἐκ προσώπου, μή σ' ἐκεῖ περῶν πρέσβυς 55
οὔληι κατ' ἰθὺ τῆι βατηρίηι κάψηι.
κἠγὼ μὲ[ν εἶπον . .
θανεῦμ' ὑ[π . .
μαρτύρ[ομαι . .
ὃ δ' εἶπεν . . . 60
κα[ὶ] τοῦτ' ι . .
. . ναδ . . .

[51] iuventam vestis [52] pannus [53] Vlixis
[54] miserabilia [55] aufer te ex oculis, ne te ibi praeteriens senex toto statim baculo hauriat
[57] et ego [respondi] [58] moriar [59] testor [60] ille autem dixit [61] hoc quoque fortasse

52 ω ante λ *P* pr 53 in fine ο ex ω corr. *P*: cf. Odysseae XVIII 67 ss. 54 nova pagina 55 in προ, 56 in ιθ desinit *P*: explet scholiasta Nic. ther. 377 (Herodae fr. 10) propter βατῆρα τὴν βακτηρίαν memorans Herodam ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὕπνῳ· φεύγωμεν ἐκ προσώπου, μή σ' ἐκπερῶν πρέσβυς οὐλῇ κατιθὺ βατηρίῃ καλύψῃ. in priore versu ἐκεῖ περῶν posui, dantur autem alia multa ut μή τι σ' ἐκδέρων, μή σε κῆς ορῶν, καίπερ ὢν (hoc accepi a Dielsio). in altero ionicam formam ex scholio recepi, ολῃι *P* sed λ utrimque adpuncta, incertum est κάψηι sed non apta κάμψηι κνάψηι γλύψηι. articulus si recte additus est οὖλον non esse docet crispum, etsi quaesita est amphibolia componendo hoc cum ἰθύ 57 κυ- *P* pr 61 του τι *K*: κατ' οὔτι? 62 aut ἄλ-: tres perisse versus videntur inter 62 et 63

. . νθεα . . .
τὰ μέλεα . .
65 τιλεῦσιν ε . .
τομὴν ἀ . . .
πολλῶν τ . .
κη τῶι γ . .

fr. 10 . . . ως εχ . . .
70 . . . αδη . . .
. . . εζον . . .

fr. 11 . . . . ε]ιλκον
. . . . . υ
. . . . . ευν τε
75 . . . . . νυντο
. . . . μ]όχθους
. . . . .
. . . . . νος

64 membra 65 vellent 66 sectionem 67 multorum 72 trahebant 76 labores

63 ..νοσα.. *K*: potest ἄνθεα 66 το μη να *K*. sequitur θ aut φ 68 κῆ an κὴ? extrema fortasse π. desinit in hunc versum pagina 69 cohaerere hoc fragmentum cum fr. 2 et 3 *K* collegit ex textura *P*. semirutae in 69 omnes litterae 71 velut μέζον 72 hoc fr. item ex somnio relictum esse copulandumque cum fr. 2 censeo propter tempus imperfectum et argumenta verborum. fortasse clausulae sunt versuum 23 ss. ἔδαφος in quo εἷλκον, ἔκοπτον ἀρνευτῆρσιν εἰκότες πόντου, ἐρρίπτευν τὰ μέλε' ἐδίνευν τε, κἀνίῃ ἀνεμίγνυντο, μυρίους ἔχειν μόχθους 74 ευντο *K*

. . . . ἦσαν

. . . . ι τι 80

IX

ἀν . . . fr. 4

ἰαμ . . .

ἰσση . . .

σκα . . .

εα . . . 5

θι . . .

. . . . κλέος ναὶ Μοῦσαν ἤ μ' ἔπεα κ . . . fr. 6

μ]έγ' ἐξ ἰάμβων ἤ με δευτέρη γν[ώμη,

ἡ]μᾶς μεθ' Ἱππώνακτα τὸν πάλαι . . . . .

τ]ὰ κύλλ' ἀείδειν Ξουθίδαις ἐπ(ά)ιουσι[ν. 10

2 iambum 4 claudicantem 7 [parabunt] gloriam, testis sit Musa, aut carmina pulcra mihi magnam ex iambis aut secundas agens mens ac voluntas, nos post veterem Hipponactem [dexterrime] manca ista canere Xuthidis intellegentibus.

IX fr. 4 si recte in v. 2 ἴαμβον et in 4 σκάζοντα intellego, cohaeret cum fr. 6 epilogo libri aut prooemio ante 1 extinctus versus (η aut ις aut το) 3 puto εἰς ση-. non Lesbum 4 .κα *A* 5 σα *A*: velut ἐάν 6 θίγηι? ab hoc versu scissa est pagina neque apparet quotumus fuerit ab eius exitu 7 nova pagina. praecessit velut ποιήσει ἔχειν puto καλά 8 placuit Alexandrinis intendere vim disiungentium dum communem disiunctorum particulam iterant, sive ex solito ἤ οἱ ἀπόστασον χαλεπὰν νόσον ἠέ νιν αὐτὸς βόσκε sive insolenter *nam neque Parnasi vobis iuga nam neque Pindi.* sententia adsimilis tritae istius *est nobis voluisse satis*: si minor ore videbor, non minor animo 9 s. pendent ex κλέος deest ἄριστα, πρώτους aut modestius aliquid 10 Ξουθίδαι οι Ἴωνες Hesychius ex Lycophr. 987 επιου- *P* sed

ΑΠΟΝΗCΤΙΖΟΜΕΝΑΙ

῞Ε]ζεσθε πᾶσαι. κοῦ τὸ παιδίον; δέξα[ι
. αι π̈ . ος Εὐέτειραν [κ]αὶ Γλύκην . . . .
. . . . φ]αιδρὴ τὴν [ἕ]τοιμον ο . . . .
. . . . ις μὴ . . . . ισμάτων . . . . .
15 . . . . ινα . . . . νυτο . . . .
. . . . ιη . . . . ς πεπο . . .
. . . . εσκο . . . .

Iantantes mulieres

Adsidite cunctae. ubi pupus est? accipe, Maia nate qui Annonam et Dulciam nutris, [tuque, mater] lucida paratas [primitias] [16] facta [sunt]

duplex quasi longitudinis et accentus nota supra ι: fortasse rescribendum est, etsi Herodotei libri discrepant, ἐπήι-. trisyllabum ἐπάιειν Eur. Herc. 773 hunc versum statim excipit ἀπονηστιζόμεναι titulus, novi libri carmen primum

11 δοξ . . *K*: non potest Δεξώ 12 sic *K*, inter π cuius altera hasta elatior est i. η et ο nullius litterae vestigium: temptaram γαίης ὅς, Sol ut invocaretur Μήνη τε φαιδρή, nunc verum puto idque ipsum in *P* traditum praeter primam litteram Μαιῆ' ὅς i. Ἑρμῆ Μαιαδεῦ (Hipponax fr. 16 et 21). nomina propria ex facultatibus rebusque efficta, Εὐέτειρα quasi εὐετηρία quam divinis honoribus praeditam fuisse constat et Γλύκη Dulcitas quod nomen edulis herba conservavit γλυκή atque etiam in vita mulieres adeptae sunt, hic nuncupantur propter poma vinumque, γλυκεῖαν ὀπώραν adpositam in ientaculo. post γλυκην fuit β in *P*, opinor, βόσκεις. spondeum quarti pedis evitare nequii, nisi excusatum habebis ob nomen proprium, cf. VII 102, virum facere ex muliere nefas habeto 13 velut οἰνοῦσσαν 14 μησε . . ισματων *K* ubi σ neutra certa, sed non potest ἐδεσμάτων, vix potest -ιγμ- 15 fortasse κῖνα τ. in fine ω? 17 κουρ[-? sequitur etiam detritus versiculus, in quo λ?

. ερ . . . fr. 7
α]ὕτη . . .
εὐπ . . . 20
τίθεσ[θ . .
γλήχ[ωνα .

[19] heus tu [21] poni [22] pulei

18 hoc fr. ientaculo adscribimus propter puleium memoratum in v. ultimo, nam puleiata potio ut νηστείρης Cereris ita ieientantium propria fuit, schol. Ar. Pac. 712 fortasse τερπ- 19 ευτη *K* 20 ευτ *K*. potest σὺ

CYNEPΓAZOMENAI fr. 12

προσφῦσ' ὅκως τις χοιράδων ἀναρίτης

MOΛΠEINOC fr. 13

ἐπὴν τὸν ἑξηκοστὸν ἥλιον κάμψῃς,
ὦ Γρύλλε, Γρύλλε, θνῆσκε καὶ τέφρη γίνευ,

12 Vna operantes mulieres: adhaerescens [ad amasium] tamquam aliqua ad scopulos lopas

13 Canorus: ubi sexagesimi solis tetigeris metam, o Grylle, Grylle, morere cinisque fito, quon-

fr. 12 ex Athenaeo III 86 b. fertur προςφύς, cf. Ar. Plut. 1096
fr. 13 ex Stobaei flor. 116, 21 et 22. titulus nomenque cum gryllis concordans canturientis et pipiantis cuiusdam ludii argumentum prodit, cf. picturas Antiphileas

ὡς τυφλὸς οὑπέκεινα τοῦ βίου καμπτήρ·
ἤδη γὰρ αὐγὴ τῆς ζοῆς ἀπήμβλυνται.

fr. 14 ἢ χαλκέην μοι μυῖαν ἢ κύθρην παίζει,
ἢ ταῖσι μηλάνθαισιν ἅμματ' ἐξάπτων
τοῦ κεσκέου μοι τὸν γέροντα λωβῆται.

fr. 15 ὡς οἰκίην οὐκ ἔστιν εὑμαρέως εὑρεῖν
ἄνευ κακῶν ζώουσαν· ὃς δ' ἔχει μεῖον
τούτου τι, μεῖζον τοῦ ἑτέρου δοκεῖ πρήσσειν.

iam caecus est ulterior aetatis flexus: iam enim lumen vitae optusum est.

14 aut aeream mihi muscam aut ollam ludit, aut scarabaeis vincula nectens de stuppa mihi senem vexat contumeliose.

15 nam domum non est expeditum invenire sine malis agitantem. qui forte hac in re vincitur, vincere videtur in contraria.

4 αὔτη et ἀπήμβλυτο libri sed -υνται *M*, 'certe nihil discrepantiae enotavi' Hensius: illud facit fortasse ad ἡ αὐγή

fr. 14 ex Stobaei flor. 78, 6. puer similis Cottali III. lusus hos enarrat Pollux IX 114 et 123s.

fr. 15 ex Stobaei flor. 98, 28 3 τοῦτον et δόκει Schneidewin

CN. MATTIVS
IN MIMIAMBIS

nuper die quarto, ut recordor, et certe — fr. 1
aquarium urceum unicum domi fregit

iam iam albicascit Phoebus et recentatur — 2
commune lumen hominibus voluptatis

quapropter edulcare convenit vitam — 3
curasque acerbas sensibus gubernare

sinuque amicam refice frigidam caldo — 4
columbulatim labra conserens labris

iam tonsiles tapetes ebrii fuco, — 5
quos concha purpura imbuens venenavit

in milibus tot non videbitis grossum — 6

sumas ab alio lacte diffluos grossos — 7

Terentianus Maurus 2398: *claudum trimetrum fecit aliter Hipponax* . . . 2416: *hoc mimiambos Mattius dedit metro, nam vatem eundem est Attico thymo tinctum pari lepore consecutus et metro.* putabam aliquando Maurum ex prava latini exemplaris lectione *erondem* mutasse in *eundem*, iam gravius oscitasse credo transilientem ad Mattium a Graecis non commemorato Heronda, cf. p. 65 fr. 6   fr. 1 ex Gellii noct. a. X 24, 10   cf. Her. III 24 VII 89   2 Gellius XV 25: *finxit 'recentatur' pro eo quod Graeci dicunt* ἀνανεοῦται   *hominibus et uol.* codices   3 Gellius ibidem   4 Gellius XX 9   *reficere* libri   5 Gellius ibidem. nota mensuram τάπητες   6 et 7 Macrobius sat. III 20, 5: *grossi . . . hos Graeci dicunt* ὀλύνθους. *Mattius 'in milibus' . . . et paulo post ait 'sumas'* eqs. propola ficorum (Lucilius 164 Baehr.) inductus erat ut sutor in Her. VII   6 *tot ficorum non* codices   7 *a basilio* Parisinus, *ab asino*?

NOMINA PROPRIA

VOCABVLA

MEMORABILIA

Bonnae typis Caroli Georgi typ. acad.